

Catholicum opus impe-
riale regiminis mundi.

Tabula eorum que in hoc opere continentur.

¶ Tabula huius operis imperialis regiminis mundi.

Tabula eorum que in hoc opere continentur.

✠ ij

Tabula eorum que in

¶ Ad sacratissimum eundemq3 catholicum Hispanie regē Carolū quintū imperatorē semper augustū Michaelis de Ulçurrūz Pāpilonensis vtriusq3 censure doctoris: prefatio.

QUm ille magnus olympi rector et opifex
omniū deus: o sacratissime vnice arbiter orbis: suum vnicū
lumen (quā legem eternā dicimus) sue pietatis imagini ab
exordio eius creationis participauit: sibi tum eterne: tū etiā
tempalis beatitudinis a natura inclinationē impressit. Hinc
omēs equos/ hoc est pares esse voluit: eandēq3 conditionē vi-
uendi omnibus imposuit: hinc etiā omnes liberos/omnes si-
militer ingenuos natura ab initio produxit. Sed cum indies
paulatim humana societas boni et mali conscia: vt plurimū
tenebras magisq̄ lucem eligere cepit. Hinc bella/lites/libidines/et concupiscentie cau-
sam posuerunt: ad humani generis vtranq3 felicitatem eius vniuersitas in legū consen
tiret obsequiū. Nulli tamen legū laquei ad proteruorū audaciā conuincendā sufficiunt:
quinimo licet inter philosophos naturales alij omnia sciri posse putauerunt/sed hoc so-
lius dei est: alij vero nihil/sed hoc pecudum. Et sic sapiētes non fuerunt: cū homini (cui
sapientia est) mediū fit: vt neq3 se omnia scire putet/nec omnia nescire. Inter morales
vero in nonnullis aliud genus varietatis (quo nihil perniciosius) ortum est: qd quidā
fucatis quibusdā inquisitis adinuētionibus: equitatē et pietatē (que vene sunt iusticie:
hisce ni duob9 fontib9 tota iusticia pendet: qbus imutatis ois virt9/ī oīnis veritas tollit)
obruere student. Aliqui vero nulla iuris pericia fulti: quibus est discretionis immodera-
ta subtilitas: vt se aliqd scire simulent: erronea (vt in precipiciū eorū mergāt auditores)
suis cōmentarijs ī voce predicāt. Propterea teste esaia: populi ī eorū principes malum
bonū putātes/plerumq3 multarū sunt erumnarū participes: non ficta scientia carentes.
Unde oportebat q̄ ille magister oīm de9: vt ignari veritatis instruant: ī in premiū bene
meritorū: sicut in primo suo aduentu optimū illum Octauianū: ita nunc in fine mundi
eo meliorē inter mortales: videlicet te Carolū quintū inueniēs: (quē ante p successionē
totius Hispanie/vtriusq3 Sicilie: plurimq3 aliarū nationū in Europa/ac etiā Affrica/re
gem ī dominū cōstituit:) mirabiliter per vniformē electionē eorū: qui vices omniū ge-
runt: ex vltimis finibus Hispanie vniuersi orbis Regem regum/principem principum/
vicarium suum immediatum/vt humanis presideas: assumeret. Et fortitudinē ac gloriā
dedit tibi: et omnia in quibus habitant filij hominum/ dedit in manu tua: et sub ditio-
ne tua vniuersa constituit. Et quemadmodum iure tenentur: ita reipsa (sanctissimus
pontifice Romanus: cui vt diuinis ministret est commissa potestas: sit semper exce-
ptus) omnes catholice imperiali magestati tue subiciantur. Cuius regnum in eternum
non dissipabitur: nec alteri populo tradetur: vt iniustum hoc seculū decurso temporū spa
cio terminū sumat: extinctaq3 protinus omni malicia: ī piorū animis ad beatam vitam
reuocatis: quietum/tranquillum/pacificum/ aureum deniq3: vt poete vocant: seculum
te regnante florescat. Et cum in huiusmodi rei finem sepe cogitatum meum in domino
iactarem: in mentem mihi euenit: vt principia scripti iuris (que ius naturale sunt: a quo
omnium creaturarum pendet felicitas) que ante per legum interpretes non sunt decla-
rata: cum illis obmissis nec res aliqua iuste perfici potest (quo fit: vt orbis terrarum im
perijs/vel potius dicam tyrānijs districtis: quasi diuino auxilio priuatus: bellis ardeat/
et malis conflictitur) ad diuinarū humanarumq3 rerum noticiam habendam/cum eo-
rum effectu explicarem. Ex quo proueniet: q̄ inspectis cognitisq3 huius operis verbis:
quisq3 se ipsum cognoscendo: tum circa mundi monarchiam: tum etiam circa inferiorū
directiones/in rebus que moribus versantur: quid agendum quidq3 vetitū sit: quo ve
quis tramite equo vel iniquo tendat: facile perpendere valeat. Sed quia materiam pre
celsarum rerū interpretandam aggressus sum: que vniuersam ingeniū humani prestā-

tiam ab omnibus transcẽdere iudicãtur: in his q̃ celestis potestatis suggestione/ ꝛ diuina pietate opitulãte peracta sunt: soli deo gloria/ qui ex ore infantiũ perficit laudem. In ceteris vero quibus me nõ bene sentire quis fateatur: non obtrectatoꝝ latratibus: (quibus inter paruum prospiciẽtes immunis nõ euado:) sed vero iudicio sententiã proferat. Igit clemẽtissime Cesar: cũ tot⁹ machinę mũdi regiminis arbitriũ a tua imperialis magestatis potestate pendeat: tum ob materię cum eadem suprema tua auctoritate conexitatem: tum etiam quia debito fidelitatis tibi astringor. Quia me tuę catholicę magestatis mancipiũ tuorũ cõsiliariorũ numero aggregasti: has nostras lucubrationes tuo sacratissimo nomini dicare: pro canone fidelitatis eterna lege obnox⁹ sum. Tu igitur qui totius es moderator orbis/ et rem non ex valore: sed ex dantis voluntate existimas: vna cũ offerẽtis affectione eas benign⁹ accipe. Quas si hilari ore acceptas intellexero: maioribus vigilijs me accingam: eas tuę sacratissimę magestati destinaturus.

Uale Cesar inuictissime.

Ad excellentissimũ eundẽqꝫ illustrem Mercurium de Gattinaria lumen iuris humani: atqꝫ monarchę mundi magnum cancellarium: Michael de Ulçurruz/ minimus iuris vtriusqꝫ interpres.

Diebus nuper elapsis: excellentissime iurisconsultorũ primarie: has tenues diuini atqꝫ humani iuris lucubratiões deo annuente cõsummaui. Illasqꝫ omniũ mortaliũ vnico tẽporali domino dicandas fore arbitrat⁹ sum. Sed video amplitudinẽ materię: que inter omẽs alias mag⁹ ardua/ ac maxime necessaria est: sentio ingenij mei vires esse exiguas/ in quibus diffido. Cuz aũt humanitatis clemẽtię ac disciplinę exẽplar ipse sis: merito quẽadmodũ doctrina/ sic et auctoritate super cunctos nostrę tempestatis iuris peritos in temporalibus primatũ tenes. Scientia enim cancellarij pro vna cum scientia principis habetur: tu autem eiusdem domini mundi magnus cancellarius es. Ideo effectus rationis humanę in vniuerso ab auctoritate tibi commissa pendet. Quinetiaz ab effectu nomen habes: mercurius enim idem est quod aperiens vel illuminãs ciuitatib⁹ occursum signi: sic tu illuminas occursum signi magni/ humano generi ad eius felicitatẽ tẽporalẽ/ per eum qui recti censura iudicij celestia pariter et terrena disponit/ imediate positi. Societatem enim humanã (teste Augustino) huius mundi ciuitatem vniuersali vocabulo appellamus. Digne igitur primum ad benignitatem tuam recurrendum duxi: obsecrans pro totius societatis humanę cõmuni vtilitate hoc opus inspiciendi onus assumere: et si quid superfluum cõpereris resecare nõ dedigneris. Ut inde te fautore/ bono auspicio/ optimis medijs illud ab omni morsu inuidorum liberũ valeam eidem Cesareę magestati consecrare.

Et bene vale.

Carolus Hispaniarū rex / e nobili austrie domo: a sacri Romani imperii electorib⁹ vnanimi voto fuit in imperatorē electus: Anno. M.d.xix.



¶ Opus imperiale regiminis mundi: editū ꝑ Michaelem de Ulçurrum Pampilonen̄. regni Nauarre: iuris vtriusq̄ doctorem.

Proemium.

IN ꝑncipio deꝰ creauit hoīez/ad imaginem ⁊ similitudinē suam. genes. c. j. cum participatione sui luminis diuini. Ps̄. iiij. Signatum est sup nos lumen vultus tui dn̄e: quod nos ius naturale dicimꝰ. Et istud iuˢ naturale fuit ab exordio rationalis creature. vt dicit tex. in. c. nō est pctm: quasi in fine. dis. vj. ⁊ insti. de re. diui. §. singulorū. Et dimisit deus hoīem in manu cōsilij sui. eccles. c. xv. Preceptitq̄ ei ne de ligno scientie boni ⁊ mali comederet. Gen̄. ca. ij. Omiaq̄ aiantia subiecit ei. ps̄. viij. Et sic est hoīs lex/vt ꝺm propriā rationē operareť: fuit ex ordinatione diuina: q̄ lex naturalis erat tam valida in p̄mo statu: ꝺm sanctū Tho. p̄ma. scđe. q. xcj. ar. vj. ꝙ nihil sensualitas faciebat p̄mo cōtra rationē. Sed propter pctm̄ originale/quia primus parēs contra preceptū dn̄i comedit de illo ligno vetito. geneś. c. iij. incurrit in hoc: ꝙ feratur ꝺm appetitū sensualitatis. Et hoc vnicuiq̄ contingit: quanto magis a ratiōe discedit: tāto magiˢ assimilatur irrationali creature. Ps̄. xlviij. Et homo cum in honore esset/non intellexit: cōparatus est iumētis insipientibus: ⁊ similis factus est illis. Deinde homo ꝑpter cōsuetudinē peccandi obscuratur in particularibus agendis: vt dicit idē sctus doct. p̄ma. scđe. q. xcix. ar. j. Inde seq̄tur illud ꝑuerb. ix. Cogitatiōeˢ hoīm timide/⁊ incerte prouidētie nr̄e. Inde est/ꝙ humane rationi naturale sit (cum sit imꝑfecta) vt gradatim de magis imperfecto/ad minꝰ imꝑfectū veniat. Et primi qui inuenerūt attemtarūt aliquid vtile cōmunitati hominū: non valētes oīa ex ipsis considerare: posterioreˢ solent instituere aliqua/q̄ in paucioribus deficere possunt a cōmuni vtilitate hominū. Facturus igitur iuris interpretationē/cum antiqui iuris cōsulti ab initijs vrbis Romane de origine iuris ciuilis oīumq̄ magistratuū successione iuris prudentum repetendum existimarūt. l. j. ff. de origi. iuris. cum rubro. Nos vero q posteriores sumus/tum etiā lumē diuinū nobiˢ ab exordio impressuz/cum propter peccatū fuerit obscuratū: diuinis scriptis est nunc magiˢ illuminatū: Ideo iustū esse nobis visum est: vt ab initio ciuitatis prime: que fuit illico quo minor mūdus (qui alias microcosmus dicitur) fuit creatus: iuris interpretationem assumamus. Quoniā proprie dici potest ipse p̄mus homo ciuitaˢ: q̄ nihil aliud est ꝙ vnio multitudinis ciuiū. Sic in illo primo statu perfectionis sola ratio dn̄abať: cui omnes potētie humane obediebant: et ideo erat vnio omniū potentiarū cum ratione. Et ad hoc denotandū/fuit in p̄ncipio creatuˢ vnus/⁊ non plures homieˢ. Ut sicut ex vno homine omnes descendimus: ita debet esse vnio et societas inter omnes hoīes: prout eccl̄ia cantat. Deus qui corda fideliū vniuˢ efficis voluntatiˢ. Exordiū eni ab vnitate proficiscitur. c. loquitur. xxiiij. q. j. Unde etiā dn̄s edificat ciuitatē supernā ad similitudinē ciuitatiˢ terrene. Ps̄. cxxj. Hierl̄m que edificatur vt ciuitas: cuius participatio eiꝰ in idip̄m. Et diuina participatio in homine dicitur ius naturale. De quo iure (inuocato diuini numinis auxilio: a quo omne datuz optimū ⁊ omne donū perfectū descendit. Jaco. j. c. Sine quo nihil validū nihil sanctum) interpretationē assumendo: cum superioribus diebuˢ materiā illam subtilem/et quotidianā preparatoriorū iudicij (quā prius a nostris doct. non bene explicatā: et in pluribus iudicijs fere extinctam reperimus) deo duce in forma repetitiōis sup. §. Julianꝰ. l. si finita: de dam. infec. ff. scđm mentē iuriū explanauimꝰ. Nunc vero animaduertens humanū genus in pluribus partibuˢ periclitari: tum propter obmissionē principioꝝ: que doct. reliquerūt scribēda. Et si aliqui nixi sunt explicare: tamē non valentes comprehenre illa magis in confuso dimiserunt. Tū etiam propter multitudinē erroꝝ: quos propter viciū scriptoꝝ in quibusdam: in alijs vero voluminibus librorum propter

ina duertētiā aliq̄r iuris interpretū iue-
nim⁹. Hinc in fame sitiq3 iusticie constitu
tus: cum oīūs fere spes remedij mihi de-
ficeret: leuaui oculos meos: vnde veni-
ret auxilium mihi. Et ilico diuina inspi-
ratione intellexi: auxilium meum a dño.
Et cū in his meditarer: occurrit mihi v̄sus
prophete. Legē pone mihi domine viam
iustificationū tuarū: et exquirā eam sem-
per. Et cum lex cōmunē vtilitatem respi-
ciat: visum fuit in hoc intentioni mee in
aliquo me satisfacere posse: inuocaui do-
minum dicens. Da mihi intellectū: et scru
tabor legem tuam. Et dedit mihi sensū:
ex quo diuino numine adiut⁹ percepi q̄t-
tuor discutienda: q̄ in iuribus nostris ha
ctenus remanserunt declaranda. Primū
de lege / dum dicit: legem. Secundum de
legislatore / dum dicit: pone dñe. Tertiū:
qualis debet esse lex: ibi dum dicit / viam
iustificationū tuarum. Quartū de execu-
tore legum: ibi / et exquiram eam semper.
Et cū huius legis arbitrium supremū in
vnum optimū qui in temporalibus impe-
rator dicitur sit redactū: ideo ad regimen
totius orbis terre: hoc opus Imperiale
nomen habebit. Quod diuidetur in quat
tuor ptes. In p̄ma tractabit de lege. In
scd̄a v̄o de cōditore legis. In tertia de iu-
stificatione legis. In quarta de executore
legis. Deinde quelibet pars determina-
bitur per questiones principales. Et hinc
quelibet questio sub diuisionibus separa
tis finem accipiet.

Prima pars.

Istam primam partem examinabimus per quinq3 principales questiones.
- In prima questione dicetur in genere quid sit lex.
- In secūda quottuplex sit lex.
- In tertia de lege naturali siue diuina.
- In quarta de lege humana.
- In quinta de differentia inter ius canonicum: et ius ciuile.

Prima q̄stio p̄ncipalis.

Ista questio cōtinebit solum diffinitio
nem legis in genere: et eius declarationē:
et quattuor argumenta cum solutionib⁹.

Cum igitur iuxta consiliū iu Diffini
ris ↄsulti in. l. j. ff. si cer. peta. tio leg
primo sit referendū de signi in gene
ficatione vocabuli: q̄ per dif re.
finitionē terminatur. l. j. ff.
de dolo. nā vt illo tex. satis probatur. Pri
mo oīs bona diffinitio cōuertitur cū suo
diffinito. Scd̄o dicit omnē quidditatem et
essentiā diffiniti. Itē3 tertio quia separat
diffinitū a quolibet alio: et hec tria requi-
rūtur in bona diffinitione. Lex enī3 in ge
nere potest sic diffiniri: s̄m scīm tho. p̄ma
scd̄e. q. xc. ar. iiij. q̄ lex est quedā ratiōis or
dinatio / ad bonū cōmune / ab eo qui curā
cōmunitatis habet ꝓmulgata. Et licet dif-
finitiōes sint periculose. vt patet in d. l. j.
tamē hec diffinitio cōtinet dictas tres cō-
dictiones bone diffinitiōis. Dicit enī pri-
mo: q̄ sit ordinatio rationis: qd̄ requirit.
c. cōsuetudo. j. di. Ubi dicit tex. quoniā le-
gem ratio cōmendat. Secundo dicit: ad
bonū cōmune: ad denotandū q̄ lex debet
respicere vtilitatē ↄmunē omniū: et debet
esse communis: vt dicit tex. in aut. de non
alie. aut permu. §. quia vero verisimile. in
fi. ibi oportet enī. colla. ij. Tertio dicit / ab
eo qui curam habet: in quo denotatur po-
testas eius qui condit legem. In lege di-
uina solus deus. in lege vero humana q̄
habeant hanc potestatem infra dicemus.
Item quarto dicit / promulgata: et sic re-
quiritur promulgatio: que / qualiter fiat:
infra dicetur. Uides qualiter hec diffini-
tio quiditatem et essentiam legis cōtinet:
conuertitur cum suo diffinito: et separat
diffinitū a quolibet. Sed cum lex sit quid
summū in rebus creatis et difficilimum:
ad intelligentiam infra dicendorū opus
est / vt latius dicam⁹ de significatione hu-
ius vocabuli. et vt dicit sanctus doct. p̄ma
scd̄e. q. xc. ar. j. Lex est quedā regula et mē-
sura actuum / s̄m quam inducitur quis ad
agendū / vel ab agendo retrahitur. Et sic
obligat ad agendum: nam lex dicitur a li-
gando. Et accipitur dupliciter: vno mo-
do sicut in mensura regulante: et per hūc
modum / lex est in ratione sola: que est mē
sura regulans. Alio modo est / sicut in re-
gulato et mēsurato: et sic lex est in oībus /
que inclinantur in aliquid ex aliqua lege
dicitur lex: nō essentialiter / sed participa-
tiue. Hinc est / sicut lex humana scd̄m qd̄
est in regulante / est in ratione practica.

ita etiam lex eterna est prout in regulãte in ratione siue prouidentia diuina. Et sicut in lege humana prout in regulato accipitur: lex est participatiue in regulatis: qui subdũtur legislatori: ita etiam lex diuina: quia omnia subsunt deo legislatori/est in omnibus participatiue. Et sic habes quid sit lex: q̃ potest intelligi de lege diuina et hũana prout hic diffinitur: assumendo legem in genere generalissimo.

Sed vt clarius constat de veritate huius diffinitionis: videtur primo posse opponi contra illã.

Prima oppo.

¶ Quia videmus ꝙ sunt alique leges: in quibus non sunt omnia cõtenta in diffinitione: nam constitutiones inducentes bella et seruitutes sunt cõtra rationem naturalem: cum libertas sit de iure naturali: ergo seruitus est contra ius naturale: et per consequens contra rationem naturalem. Et ita hoc fatetur bar. in l. si id qꝺ. ff. de condi. indeb. Et idem dicit de dominio: cum iure naturali omnia sint cõmunia. c. ius naturale. j. di. ⁊ c. quo iure. viij. dis. Sed tu dic cõtrarium: nam vt dicit tex. in. §. singulorum. de re. diui. insti. ⁊ apertius. in. §. fere. ff. quod enim ibi naturali ratione occupãti conceditur.

Solu. opposi.

¶ Et pro solutione responde: ꝙ libertas et possessio cõmunis omniũ non sunt proprie de iure naturali: vt latius dicemus ⁊ probabimus infra in tertia parte: ⁊ sic nõ est inconueniens ꝙ ratione naturali sint inducte predicte constitutiones: et sic remanet vera dicta diffinitio: ⁊ d. c. cõsuetudo. ⁊ c. erit aũt. iiij. dis. cum glo. ibi.

Scda. opposi.

¶ Item secũdo arguitur contra eandem diffinitionem. de. l. j. ff. de iusti. ⁊ iur. vbi in. §. huius studij. fit diuisio iuris in publicum et priuatum. Et illud ius priuatũ est tripartitum: in ius naturale: gentiũ: et ciuile. Et sic est contra diffinitionem et contra tex. in. d. §. quia vero verisimile. ff. oportet. vbi cauetur: ꝙ lex debet esse constituta in vtilitatem cõmunẽ: sed non in priuatam vtilitatem. Tamen in. d. §. huius studij. dicitur/ꝙ ius priuatum est ad singulorum vtilitatẽ. Publicum vero ad statum rei Romane.

Solut. opposi.

¶ Sed dico/licet glo. ibi in aliquo posset morderi. bar. tamen si non habuit respectum ad glo. bene soluit: ⁊ defendi potest: licet quidam modernus ibi volens reprehendere. bar. aliqua superflua dicit. Sed tu sub breuibus dic: principalis intentio legis semper est ad bonum cõmune felicitatis humane. Sed quando disponit super statu alicuius rei publice/vel cõmunitatis/siue re totius cõmunitatis effectus legis incipit in cõmuni: deinde secundario venit in priuatos: ⁊ ideo dicitur ius publicum. Sed quando lex non disponit super re cõmuni: tamen intentio legis est cõmunis: hoc est pacificus status totius cõmunitatis: tamen effectus legis incipit in priuatis: vt quilibet particularis sit pacificus in hac felicitate humana: et sic omnibus existentibus in pace/tota communitas est in statu tranquillitatis: et sic secũdario: et ideo in lege debet esse intentio principalis vtilitatis cõmunis: vt omnes comprehendat. Sed hoc esse non potest respectu iuris priuati: nisi ex ꝑncipio felicitatis priuatorũ. Et ideo propter principium effectus legis: hoc est respectu regulatorum per legem vt supra diximus dicitur ius priuatum. Sed in iure publico/effectus legis in regulato incipit in communi: secũdario in particularibus. Sed in quantum lex consideratur in regulante: si ratione est regulata/cum ipse sit constitutus ad communẽ curam omniũ: impossibile est ꝙ possit esse in priuatam vtilitatem cõstituta. Et sic defenditur diffinitio predicta: defenditur etiam bar. Et sic debes intelligere dicta iura.

Tertia oppo.

¶ Item tertio opponitur contra diffinitionem/in eo qꝺ dicit: ab eo qui curam cõmunitatis habet. Nam videmꝰ aliquos principes facere legeſ ad cupiditatem propriam/vel gloriam. Et sic obmissa illa cura cõmunitatis: vel etiam quia caret tali cura: qui proprie dicuntur tyranni.

Solu. oppo.

¶ Ad hoc respondet sanctus doct. prima. secũde. q. xc. iij. ar. iiij. ꝙ lex dicit̃ iniqua non solum quando non ordinatur ad bonum commune. Sed etiam ex auctore: quia caret potestate: vt sunt tyranni. Vel quia inequaliter imponũtur onera multitudini: licet sint in vtilitatem cõmunẽ. Et de talibus dicitur. Ve qui condunt leges iniquas. Esaie. c. x. Et sic sunt leges: tamen scđm Augustinum in primo libro: de lib. arbi. leges esse non videntur: cum iuste non fuerint. Unde tales leges non obligant in foro conscientie: nisi propter vitandũ scandalum: iuxta illud Matth.

v. si angariauerit te aliquis mille passus: vade cum eo et alia duo. Et sic tales leges pprie nō dicuntur leges: sed potius violentie.

Quart. oppo si.

¶ Item quarto opponitur ad id quod in diffinitione ponitur promulgata. Et sic ad essentiam legis requiritur promulgatio. Sed ista diffinitio est generalis: vt supra diximus cōprehendit etiam legem naturalē: sed sic est, ꝙ hec lex naturalis inest creature ab exordio creationis: et sic non bene adaptatur hec diffinitio ad omnem legem.

Solut. oppo si.

¶ Sed ad hoc dico: ꝙ bene conuenit hec diffinitio iuri naturali: tamen quia pro intelligentia solutionis requiritur cognitio iuris naturalis: ideo pro responsione ad tertiam principalē questionem huius prime partis me remitto.

¶ Secūda qstio pncipalis.

ꝙ due sunt leges.

Circa scdam principalē qstionē huius prime ptis Augustinus in pmo lib. de lib. arbit. ponit duas leges: videlicet eternam et temporalē: quā dicit humanā: cōcordat Isidorus in. v. libro ethimologiarū: vt refert tex. in. c. omnis. j. dis. vbi dicitur. Omnes leges aut diuine sunt, aut humane.

Prima opposi.

¶ Sed contra hoc oppono fortiter: de. c. j. di. j. et matth. vij. Omnia quecunque vultis vt faciant vobis homines: et vos eadē facite illis. Hoc est enim lex et prophete: et istud est lex naturalis, siue ius naturale. Et sic vna est lex et non plures: hoc est enim lex dicit: et nō leges.

Scda. oppo.

¶ Item scdo opponitur: dicit idem Augustinus in primo libro. de lib. arbi. In lege humana nil est iustum ac rectum: qd a lege eterna homines sibi nō deriuauerint: hoc est a iure naturali: vt infra in sequenti principali questione dicemus. Item dicit tex. in. c. fi. ix. dis. leges diuine naturali iure consistunt. Si ergo lex humana deriuatur a iure naturali: et leges diuine natura consistunt: sequitur non sunt due leges: sed vna videlicet naturalis.

Tertia oppo.

¶ Item tertio arguo fortissime. Deus eādem curam habebat rationalis creature nunc sicut in principio: vt dicit Boetius. O qui perpetua mundum ratione gubernas: et sic sua gubernatio est vna et perpetua. Conformat tex. in. c. pmo. de reli. et vene. sanc. In principio ineffabilis altitudo prudētie dei: nullis inclusa liminibus, et nullis terminis comprehensa, recti censura iudicij, celestia pariter et trena disponit. Et sicut deus loqbatur Moysi et alijs pluribus (vt patet ex testamento veteri et nouo) ita etiam in principio: nam vt dicit tex. Ambrosij de peni. dis. ij. in. c. Primus homo confabulator erat assiduus dei. nō cures de expositione glo. idest per contēplationem: quia vt dicitur Genes. j. ij. et iij. c. Deus loquebatur cum Adam: et etiā cū alijs: et ad caym licet esset malus et fratricida: tamē ei loquebatur deus. vt Genesis. caplo. iiij. tamē videmus, ꝙ in illo primo statu sola lex naturalis erat: et sine cōstitutione homines viuebant. vt dicit etiā bar. in. d. l. si id quod. ff. de condi. indebi. Ergo postꝙ eadem est dilectio et gubernatio dei erga creaturam rationalē nunc sicut in principio. Infertur ꝙ sicut tunc vna erat lex, scilicet naturalis: ita etiam nunc licet fuerit in scriptis redacta: alias enim si lex esset diuersa: essent diuersa regimina, et mutatio voluntatis diuine in gubernatione humane creature: quod esset contra predictas rationes et auctoritates. Et habemus tex. in iure nostro. insti. de iur. natur. §. sed. Naturalia ea que prouidentia diuina procedunt: sunt immutabilia. Sed creatura rationalis eodem modo procedebat in pmo illo statu: sicut nūc diuina prouidētia: et sic eadem gubernatio et eadē etiā lex. Et hec argumēta sunt indissolubilia: et non possunt habere responsionē. Ponamus ergo ꝙ lex est vna videlicet naturalis.

¶ Quid ergo dicemus ad auctoritates Augustini et Isidori, et tota schola theologorum et iuristarum tenet ꝙ due sunt leges. Augustinus dicit et ponit duas leges: videlicet eternam et temporalem. Isidorus vero diuinam et humanam. Immo idem Augustinus videtur sibi contrarius: nam semel ponit dictas duas leges. Et iterum dicit. ꝙ in humana lege nihil est iustum: qd a lege eterna homines sibi non deriuauerint. Et sic sicut lex eterna, ita etiam lex humana erit: et sic ambe sunt eterne: et nō erit differentia, nisi illa que est totius ad partem. Sicut flumina deriuantur a mari: tamen aqua fluminis eadem est, sicut illa que est in mare: humida, et eiusdē qualitatis. Et ea que dicuntur de lege eter-

Difficultates inter auctoritates doctorum videlicet Isidori et Augustini.

na: debent dici de lege hūana. l. q̄ de tota
ff. de rei ven. Et sic est de necessitate dicē-
dum: q̄ aut lex humana nō deriuatur a le
ge eterna: aut si deriuatur / non sunt due
leges: sed lex humana deriuata a lege eter
na est pars legis eterne. Ecce vides diffi-
cultatem additam difficultati inter aucto
ritates eiusdē Augusti. doctoris ab eccl'ia
approbati. d. c. j. de reli. et vene. san. in. vj.
¶ Unde pro solutione harum difficulta-
tum considera: sicut deus constituit ho-
mini duas ciuitates: vnam videlicet cele-
stem / que est illa hierusalem que edifica-
tur vt ciuitas. Ps. cxxj. et aliam videlicet
terrenam. Ita in homine constituit a na-
tura duas vitas: videlicet temporalem / et
eternam. Pro temporali vita dicit: noli-
te timere eos qui occidunt corpus. Et pro
vita eterna dicitur Joannis. xj. caplo. Et
omnis qui viuit et credit in me: non mo-
rietur in eternū. Ita etiam a natura opor
tebat homini dare duas leges: vnam pro
acquisitione celestis hierusalē. Aliam ve-
ro pro ciuitate terrena conseruanda tem-
poraliter. Et hoc denotant verba Gene-
sis caplo primo. Faciamus hominem ad
imaginem et similitudinem nostram. Et
sic dando ei siue creando in eo vitam eter
nā / sicut deus est etern⁹. Licet mali postea
per electionem pro vita per sua mala ope-
ra eligunt et consequuntur mortem eter-
nam. Deinde dicit: crescite et multiplica-
mini et replete terram: ecce dedi vobis om
nem herbam afferentem semen super ter-
ram et vniuersa ligna &c. vt sint vobis in
escam. Et sic pro hac vita temporali cōser-
uanda: et ita respectu huius vite tempo-
ralis et felicitatis humane dicitur lex tem-
poralis: que tendit ad tranquillitatem vi-
te temporalis. Et sicut homo habet a na-
tura inclinationem ad perpetuitatē: hoc
est ad vitam eternā: ita etiam habet a na-
tura ad conseruationem huius vite tem-
poralis inclinationem: et hoc est ius na-
turale / quod est lex eterna: vt infra tertia
questione principali dicem⁹. Et istud ius
naturale est lex eterna: q̄ procedit a ratio-
ne eterna: et sic respectu regulantis. Sed
scd̄m qd̄ est in regulato / dupliciter diri-
git illum: prout est in creatura rationali /
videlicet ad vitam eternam. Et hoc modo
est lex diuina: prout dicit Isidorus. Uel
eterna / secundū q̄ dicit Augustin⁹ in po-

(Margin: declaratio difficultatis q̄ respectu dr lex vna et ubi ca sūt due leges.)

sitione duarū legum: et etiam dirigit ad
felicitatē humanam siue temporalem vi-
tam: et hoc modo dicitur lex humana. Et
sic debet intelligi dictum Augustini: q̄ in
lege humana nihil est iustum: quod non
deriuauerint homines a lege eterna: hoc
est a iure naturali: quia etiam lex diuina
deriuatur a iure naturali: vt vides. Et spe
cialius in sequenti questione dicemus. Et
hoc est quod dicit tex. in auct. quo opor.
epi. in pnci. colla. j. vbi dicitur: q̄ ab vno
et eodem principio procedunt sacerdotiū /
et imperium: hoc est intelligendum a iu-
re naturali: a quo deriuantur iura diui-
na et humana. Sacerdotium diuinis mi
nistrat: imperium vero humanis preest.
Et sic intelliguntur predicta iura et dicta
iscto⁊ doctor. Et sic etiā apparet q̄ ille
modernus in quodam opere de vltimo fi
ne iuris canonici et ciuilis. et in ti. de iu-
sti. et iur. ff. nixus est aliquid dicere de na
turali iure: sed parum / aut nihil boni di-
cit. Item per hoc infero q̄ cardinalis za-
barala non bene dicit in pncipio sui ope-
ris super. clemē. Nihil nouum in eternis
solum: et non in his que corrumpuntur
possit verificari: cum terrena sicut eterna
in rationali creatura a iure naturali de-
pendant. Et quamuis predicta et multa
que dicentur ab aliquo hactenus non sint
ita declarata: nō propterea sunt noua: et
sic vere dicitur / nihil nouum. Propterea
cum peccatum non dependat a iure natu
rali pro nullo iudicatur: sed quod est bo-
num deriuatur a iure naturali: et sic non
est nouum. Et sic Gratianus in principio
decreto⁊ non bene exorditur: dum dicit /
humanū genus regi naturali iure et mo-
ribus: quasi velit dicere / q̄ mores homi-
num sine differentes a naturali iure et di-
uina: auctoritas per eum allegata ipsum
condemnat. q̄ ex hoc iure naturali: quod
tibi vis alteri facies. siue omnia quecūq̄
vultis vt faciant vobis homines / vos ea-
dem facite illis: ex quo omnis lex pendet.
Ideo meli⁹ dicit Isidor⁹ in d. c. oēs. j. di.
oēs leges aut diuine sūt / aut hūane. Intel
lige omnes leges scripte: quia lex natura
lis a qua dependet lex diuina scripta et hu
mana: licet sit diuina non est scripta ab ex
tra / sed in corde. Item caue ne decipiaris
in eo quod sequitur: diuine natura huma
ne moribus constāt. Intellige licet huma

ne a natura procedant: tamē non imediate/sed mediātibus moribus. Sed diune immediate: actus enim hominū a natura procedunt: qui actus morales dicunt. Et hoc est q vult Cicero in sua rethorica. Initiū iuris est a natura profectū: postea res a natura profectas/ et cōsuetudine probatas: legum metus et religio sanxit. Et sic humane leges moribus consistunt: qui tamen procedunt a natura. Sed quando illi mores qui procedūt a natura: fuerint probati consuetudine: efficitur lex humana. Sed lex diuina non indiget approbatione ex consuetudine/ vel alias ex aliquo actu hominū: sed potius lex diuina approbat actus hominū. Et ideo leges diuine q non sunt determinationes iuris naturalis/ dicūtur morales. Et sic quādo doctores sancti distinguūt legem diuinam/ ab hūana lege: intellige de lege scripta. Et sic loquitur tex. in d. c. omnes. et Augustinus vbi supra.

Predictis sic presuppositis: iuxta id qd in principio diximus assumamus istud ius naturale siue legem naturalem: et hec est lex eterna: nō scripta. Ex hac lege deriuatur lex diuina scripta: vt dicit etiam tex. in c. fi. ix. dis. ibi/ leges diuine natura consistunt. et in. c. fi. vj. dis. §. his itaq; in lege et euangelio naturale ius cōtinetur. Item ius canonicū/ in quo nihil aliud continet nisi quod in diuinis scripturis et legibus inuenitur. Et sic habes q ius per qd tenditur ad felicitatē eternam est tripartitū: videlicet ius naturale/ inquantū inclinat hominē ad eternā vitam. Item ius diuinum scriptum. Item ius canonicum: hoc probat ex tex. in. d. c. fi. ix. dis.

Ius per qd tendit ad felicitatē eternaz est tripartitum.

Item ius humanū est etiā similiter tripartitum: vt dicit tex. in. d. l. j. ff. de iusti. et iur. collectū enim est/ aut ex naturalibus preceptis ex ea parte qua ius naturale dirigit hominē ad felicitatem humanā/ aut gentiū/ aut ciuilis. Et hanc tripartitionem poteris facere: siue in iure publico/ siue priuato: intelligendo priuatum ius et publicum vt supra expositum est. vt dicit glo. ibi in. §. Tripartitū. Et qa idez modernus laborat ibi scribendo plures colūnas sup isto iure publico qualiter accipiatur: dic breuiter/ q ius publicū intellige illius q cōdit legem: vel etiam communitatis qui seruat tale ius publicum. Nam sicut quod

Ius humanū est tripartitum.

quisq; ppl's ipse sibi ius cōstituit id ipsius propriū est ciuitatis/ et vocatur ius ciuile. insti. de iur. natur. §. Nam. qd ita si illud ius est publicū/ erit ius publicū illius ciuitatis. Et si priuatū sit ius: siliter erit priuatum ius eiusdem qui condit leges: hoc est multitudinis cui preest.

Tertia qstio pncipalis.

Hec questio principalis continet tredecim qstiones. In prima qstione dicitur de origine iuris naturalis. In secunda dicitur qualiter inest ratio diuia in iure naturali. In tertia qd est ius naturale. In quarta de operationibus iuris naturalis in aiantibus. In quīta: an natura posuit omne cumplementū in rebus creatis. In sexta: an istud ius naturale sit vniformiter in homine: cū alijs rebus creatis et in quo differat. In septima qliter differt istd ius naturale in hoie ab alijs aialibus. In octaua an hoc ius naturale sit ppie in creatura irrationali. In nona: a istud ius naturale et lex etna sint vnū et idē. In. x. an ius naturale p se/ sine scriptura diuia sit sufficiēs ad btitudinē: et qre sunt scripture diuine. In. xj. qstione qliter ius diuinū deriuat a iure naturali. In. xij. qliter ius naturale determinat p ius diuinū. In. xiij. q dilectio dei et proximi est a iure naturali.

Circa istud ius naturale vel diuinū glosatores iuriū: et aliqui doct. in. c. ius naturale. j. di. videlicet Archi. et qdā Alexādri. referēdo alios attētarūt aliqd declarare: sed nihil aut parū dicūt. Et ille modernus in. l. j. §. ius naturale. ff. de iusti. et iur. se iactat aliqd dicere ppter quasdā auctoritates qs ex sci. doct. assumit in aliquos incidit errores. Sed cū tota felicitas eterna et tēporalis ab hac lege naturali depēdat: quā doctores relinquūt declarandā: deo iuuante iuxta vires clariori luce materiam istius iuris naturalis explicabimus.

Et pmo qro de eius origine: ad hoc respōdet iuriscōsults Vulpianus et bn: in. l. j. §. ius naturale. ff. de iusti. et iur. q pcedit a deo: dū dicit natura: idest deus: docet istud ius cūcta aiantia: et sic procedit a deo: et in hoc oēs periti cōcordāt: licet ille modernus scripserit q fundat sup ratiōe practica: sed mi

Prima qstio.

nus bene loqtur. Cũ etiã scts doc. quẽ ipse sepe allegat. pma. scde. q. xcvij. ar. iij. dicit/ ois lex proficiscit a rõne ꝛ volũtate legislatoris. Lex qdẽ diuina ꝛ naturalis a rõnabili dei volũtate. Lex aũt hũana a voluntate hois ratione regulata. Et sic patet id qd procedit a deo non potest fundari sup ratiõe hominꝰ: que est ipsa ratio practica in moralibus: sed solũ in ratione diuina. Quam ratio humana apprehẽdit eo modo quo potest.

ij. qstio ❡ Scdo qro: qualiter procedit siue inest hec ratio diuina in iure naturali. Ad hoc respõdet scts doc. pma scde. q. xciij. ar. iiij. ꝙ voluntas siue ratio diuina assumitur dupliciter. Uno modo inquãtũ ipa voluntas/ siue ratio diuina in se ipa: videlicet in quantũ est ipsa dei essentia: et inquantuꝫ hoc ratio/ siue lex eterna nõ subditur gubernationi diuine: sed idem est ꝙ lex eterna. ꝛ sic lex eterna/ siue volũtas/ aut ratio diuina est idem quod ipse deus. Alio modo/ siue ratio vel volũtas diuina accipit: p vt vult circa creaturas: q̄ quidẽ sunt subiecte legi eterne: inquantũ harũ ratio est in diuina sapientia: ꝛ harũ respectu volũtas diuina est rationalis siue lex diuina: ꝛ sic est ꝙ q̄cunqꝫ diuine gubernatiõi subduntur: subijciũtur etiã legi eterne. Sed ea q̄ per hoies fieri possunt: subdunt gubernationi humane. Sed ea q̄ ad naturã hois pertinent: non subduntur gubernationi humane: videlicet vt homo habeat aiam/ vel manum/ aut pedes/ et similia q̄ homo habet a natura: sed subdũtur legi eterne oĩa que sunt in rebus a deo creatis. Et sic habes/ ꝙ vno modo cõsideratur ratio siue lex eterna: sm qd est ipsa dei essentia. et alio modo scdm ꝙ vult et est circa creaturas: et hoc scdo modo est in iure naturali: siue est ius naturale.

iij. qsti. ❡ Tertio quero: qd est ius naturale. Ad hoc respõdet Paulus ad Ro. c. x. O altitudo diuitiaꝝ sapiẽtie ꝛ sciẽtie dei: ꝙ incõprehẽsibilia sũt iudicia eius: ꝛ inuestigabiles vie eius: quis eni cognouit sensum dñi? Et ita videt/ cũ ius naturale sit iudiciũ dei ꝛ eius opꝰ/ vt sup diximꝰ: infert qd est incõprehẽsibile et inuestigabile: ꝛ hoc verũ est sm ꝙ in se est ius naturale procedat a rationabili dei voluntate: sicut nullus potest inuestigare rationẽ diuinã: ita nec eiꝰ voluntatẽ/ siue legẽ naturalẽ/ nisi ipse deꝰ. ꝛ sic iuriscõsultꝰ in. d. §. ius naturale relinqt eius inuestigationẽ. Sed quedã exẽpla effectus iuris naturalis posuit tria: videlicet maris et femine cõiunctio: liberorũ procreatio/ ꝛ eorũ educatio sunt effectus iuris naturalis: et cũ hoc finẽ imposuerũt iuriscõsulti. Sed ille vas electionꝭ spũ scto repletꝰ ꝛ illuminatꝰ/ altius declarat dicẽs ad Romã. j. c. inuisibilia dei a creatura mundi per ea que facta sunt intellecta cõspiciũtur: sempiterna quoqꝫ eiꝰ virtus et diuinitas. Et ita per actꝰ qui p creaturã producũtur: venimꝰ in cognitionem istius iuris naturalis. Et cũ oẽs naturales actus siue operatiões q̄ p creaturã regulatã producunt sint bone: venimꝰ in ꝯgnitionẽ ꝙ sup dicta diffinitio quã supra in pncipio posuimꝰ est bona: et potest adaptari ad hãc legem naturalẽ videlicet ꝙ ius naturale est ordinatio ratiõis diuine: vt patet geñ. c. j. vbi p ordinẽ cũcta creauit deus. Item ad bonũ cõmune: vt in eodẽ. c. Uidit deꝰ cuncta q̄ creauerat: ꝛ erant valde bona. Ab eo q̄ curã habet: vt in. d. c. j. ilico prouidit dicẽs. Crescite ꝛ multiplicamini ꝛ replete terrã: ꝛ iterũ. Ecce dedi vobis omnẽ herbã. Item apparet etiã de eius cura cõitatis hũane visitãdo per angelos et prophetas: deinde misit filiũ suũ in mundũ in redẽptionẽ omniũ: qui posuit animã suam pro oibus: qui dicit ego sum pastor bonus: ꝛ bonus pastor animã suam ponit pro ouibus. Deinde misit apostolos doctores euangelistas. Ecce vides per eius opera ꝙ curam habet cõmunitatis deus: ecce exemplũ pro omibus qui curam aliorũ habent: puta/ Pape/ Imperatoris/ Regũ/ principũ: ꝛ aliorũ quorũcũqꝫ dñorũ/ ꝛ hominũ: qui curã habent alioꝝ: qui tales debent se ostendere erga subditos: sicut deus erga humanos: quos deus creauit ad eiꝰ silitudinẽ: ꝛ si ꝯtrariũ faciũt cognoscãt se pdidisse silitudinẽ dei. Item qrto ponit in diffinitiõe: ꝙ lex hec naturalis est pmulgata: qd reqritur in lege. Ad hoc respõdet scts doct. pma. scde. q. xciij. ar. v. ꝙ sicut se habet pmulgatio legis q̄ntũ ad hoies: qa p talẽ promulgationẽ legis/ imprimit in hoibus quoddã directiuũ principiũ hũanoꝝ actuũ: hoc modo etiã se habet actu illa impressio pncipij intrinseci/ q̄ntũ ad res naturales. Et sic patet: ꝙ hec diffinitio bñ adaptat ad ius naturale. Aule

etiā diffinitiões danť ꝑ doct. theologos/ que non possunt adaptari: nec per eas cōprehenditur ius naturale.

iiij. q̄o. ¶ Quarto quero. vidim⁹ supra ꝙ ius naturale siue id quod cuncta animantia natura docet: est impressio illa boni siue principij intrinseci/ quantum ad res naturales: quid sit hoc. Dico/ꝙ est participatio legis eterne in creatura: et ista participatio legis eterne cognoscitur per actus et operationes rei create: et hoc est ius naturale/ qđ nihil aliud est nisi illa participatio diuina: vt supra in scđa questione declarauimus: quia quelibet creatura participat rationē eternam suo modo: et scđm inclinationē quā illa participatio diuina siue ius naturale dat creature: facit suas operationes res creata. Et iste operationes sic producte dicũtur actus naturales: qui per homines fieri non possunt. Aduerte tamen/ꝙ non eodez modo dat ista lex naturalis operatiões cuilibet rei create: sed scđm inclinationē directaz inclinat diuersos ad diuersa. Nam sicut inter homines vna est lex mercatorũ: alia militũ: alia rusticorũ: ita sub deo legislatore diuerse creature diuersas habent inclinatiões: ita qđ vni est quodāmodo lex: alteri sit contra legem. Nam furibundũ esse/est quodāmodo lex canis: est tamē contra legē ouis/vel alterius mansueti animalis: et sic de singulis inclinatiōib⁹ animātiũ. Et ita nunc intelligis. d. §. ius naturale. dũ dicit. Ius naturale qđ natura cũcta animantia docuit: nō eo modo/sed diuersimode: iuxta suas inclinationes naturales: hoc est ꝙ ꝑ eorũ operationes cognoscimus: ad q̄ ius naturale illa inclinat. Et ad eandē inclinationē est participatio legis eterne siue ius naturale in eo. Et ita intelligit illum tex. glo. ibi. in. v̄. omniũ aīantiũ. In scđa expositione. Et sic nō intelligas vt aliqui intelligũt: ꝙ tex. ibi voluit dicere: ꝙ exempla ibi posita: videlicet ꝯiunctio maris cũ femia: τ educatio liberoꝝ: τ ꝓcreatio ꝑm naturā spectāt ad alia omnia animātia: siue qđ sint propria omniũ aīaliũ. Sed intellige ꝙ sunt propria illis animalibus q̄ natura ad hec inclinat: sicuter etiā natura dedit aliꝫ animātibus/ꝙ sine cōiunctione crearētur. Itē aliquibus dedit natura ꝙ haberēt curā educādi filios. Alios ꝓo ꝙ sine cura parentũ educarent: vt in piscibus τ vermibus videm⁹. Item natura dedit quibusdā animātibus vestimentũ τ sine industria sua educarētur: et hoc habēt omnia animantia a natura. Homini tamen per aliquā industriā subueniť in suis necessitatib⁹: videlicet cibo τ potu: quorum initia quedaz habet a natura videlicet rationem et manus.

¶ Quinto quero: cum lex naturalis nihil aliud sit ꝙ participatio legis eterne: sed vt dicit Augustin⁹ in p̊mo. de lib. arbi. per legem eternā oīa sunt ordinatissima et cōsumatissima: τ sic nō potest esse diminuta. Sed ius naturale est in creatura ab exordio creationis sue: sed videmus multa animalia/τ pro maiori parte illico quo sũt extra ventrē matris: nō habent cōplemētum a natura. Sed requiriť industria parentũ: et sic videtur ꝙ lex naturalis est diminuta. ¶ Ad hoc responde: ꝙ natura nunꝙ̄ est diminuta: et propter hoc natura posuit quandā inclinationē in parentibus qđ ex ipsomet iure naturali inclinarētur ad educandũ liberos/τ procreanduz: vt dicit tex⁹. in d. §. ius naturale. Et hoc non ratione naturali: sed ex solo instinctu naturali vides ꝙ animalia rationabilia et irrationabilia habēt curam educādi liberos interim quo possunt sibi ꝓuidere. Hoc tamē intellige in liberis qui nō possunt sibi prouidere. In aliꝫ vero vbi non est opus: non posuit natura illam inclinationem in parētibus ad educanduz: sicut vides in piscibus qui ex ouis procreantur et nutriũtur sine industria parentũ: et in ouis vermiũ et similibus. Ex hoc confunde⁹ illam opinionē erroneam nonnullorum: qui asserunt in. c. ius naturale. j. di. et. d. §. ius naturale. ꝙ successio filiorũ in bonis parentuz est de iure naturali. imo dicere hoc/est contra ius naturale: cũ iam dedit natura cōplementũ homini: postꝙ̄ venerit ad etatez in qua potest sibi prouidere: alias poneretur quidā defectus in natura. De hoc tamen dicemus deo dante lati⁹ alibi sustinēdo primā expositionez glo. d. c. ius naturale. Sed adhuc potest aliq̄s instare. hoc ius naturale est ab exordio rōnalis creature: vt dicit tex. in. d. c. ff. vj. dis. τ. §. singuloꝝ. insti. de re. diui. Sed infantes nō iuuantur dicta ratione naturali nec manibus: ergo aut ius naturale nō est in eis a ꝑncipio: aut ratio naturalis:

et manuū vsus non sunt de iure naturali.
Sed ad hoc respondeo: cū sāct. doct. p̄ma.
scđe. q. xciiij. ar. j. φ licet ius naturale sem
per maneat in homine. Sed aliquādo eo
vti nō potest ꝑpter aliqđ impedimētū: li-
cet habitu teneat: sicut homo non potest
vti habitu sciētie propter somnū: ita etiaȝ
puer nō potest vti habitu intellectus prin
cipiorū / vel etiā lege naturali que ei natu-
raliter inest ꝑpter impedimētū defectus
etatꝰ. Et sic vides φ illius defectus com-
plemētum posuit natura in parentibus.
vi. q̄sti. ¶ Sexto quero: dicitur in d. l. j. §. huius
studij. ℣. Priuatum ius quoddā est colle-
ctū: aut ex naturalibus preceptꝰ. Deinde
in. ℣. ius naturale. dicit / φ natura omnia
animantia docuit. An hec precepta natu-
ralia sint vniformia in oībus animātibꝰ
siue etiā rebus creatis respectu rerū crea-
tarū. Et in hoc aduerte: q̄a multa varia di
xerunt: aliqui enī hoc declarāt asserendo:
φ multiplex sit ius naturale: alij vero ali-
ter. Tu tamē dic: φ vnū est ius naturale:
et semꝑ vides φ in iure ciuile ⁊ canonico:
et in scripturis diuinis nō inuenies φ fi-
at mentio nisi de iure naturali vnico. Et
ita dicit tex. in. d. §. ius naturale. ⁊ d. c. ius
naturale. j. dis. licet. insti. de iur. natur. §.
sed. Naturalia iura / dicit in plurali: intel
lige de preceptis iuris naturalis: que in-
ter hoīes pereque obseruantur. Sed ius
naturale vt supra vidisti: nihil aliud est q̄
participatio legis eterne. Sed pro decla-
ratione huius questionis assume doctri-
nam sancti doct. p̄ma. scđe. q. xciiij. ar. ij.
cuius dicta de ℣bo ad verbū refert archi-
diaconꝰ: et post euȝ Alexādrinus. in d. c.
ius naturale. Ubi dicit / φ scđm ordinē in-
clinationū est etiaȝ ordo preceptorū legis
nature. Et nūc intelligis q̄ sunt precepta
iuris naturalis: que nihil aliud sunt nisi
inclinationes quas natura / lex eterna / si-
ue participatio diuina: aut ius naturale /
que idē sunt dat rebus creatis. Et ista pre
cepta siue inclinatiōes naturales sunt plu
res. Et ideo si ponamꝰ tot leges / quot sūt
iste inclinationes: oporteret ponere infi-
nitas leges: et sunt omnes q̄ deriuantur
a lege naturali. Et sic glosatores iuris / et
Gabriel: et aliqui theologi ponentes plu
ra iura naturalia: obfuscarūt magis non
intelligentes / credendū est hoc ius natura
le et eiꝰ precepta: nūc intelliges dicta sc̄ti
doct. vbi sup̄ que dicti doct. referūt: et ni-
hil aliud dicūt. Et attēde: cū istud ius na-
turale fuerit ꝑpter hoīem: et hoc apparet
q̄a deus cuncta aīantia ⁊ res mundanas
creauit ꝑseruicio hoīs / ⁊ ea posuit sub ho
mine: vt patet genes. c. j. dū dicit. Dn̄amini
piscibꝰ maris ⁊c. Et ibi / Faciamꝰ ho-
minē ad imaginē et silitudinē nostram: ⁊ pre
sit piscibꝰ ⁊c. vniuerseq̄ȝ terre: omniq̄ȝ re
ptili qđ mouetur in terra. Sctūs doct. pro
maiori declaratione istius iuris natura-
lis posuit istū ordinē preceptorū: ad deno
tandū in quibus ista precepta erant cōia
homini cū alijs creaturis: et in q̄bus diffe
rebant. Et dicit: φ p̄ma inclinatio ſm na
turā est: quia q̄libet substātia appetit con
seruationē sui ſm naturā: et hec inclina-
tio est cōis oīm substātie. Et ſm hāc incli
nationē pertinēt ad legeȝ nature ea per q̄
hoīs vita cōseruat / ⁊ cōtrariū impeditur.
Alio modo inclinat homo specialius ſm
naturā: in qua cōicat cū ceteris aīantibꝰ:
⁊ ſm hec dicunt de lege naturali: q̄ natu-
ra oīa aīantia docuit: vt maris et femine
cōiunctio / liberoꝝ procreatio ⁊c. Sed in
hoc scđo modo / licet vt diximꝰ Archi. ⁊ alij
in d. c. ius naturale, nō facta mētione de
sancti. Tho. etꝰ ℣ba sic scribēdo sicco pede
pertrāseāt: tn̄ hoc cū grano salis est intel-
ligendū. Nā vt supra diximꝰ in q̄rta que-
stione tex. in d. l. j. §. ius naturale. ff. de iu-
sti. ⁊ iur. dū dicit. φ ius naturale est qđ na
tura oīa animantia docuit. Illa doctrina
omniū aīantiū non est vniformis omni-
bus animātibꝰ: sed sicut sunt diuersa ani-
malia: inclinat diuersos ad diuersa: nec
exēpla per eos posita sunt cōmunia oīm-
bus animātibus / videlicet maris ⁊ femi-
ne cōiunctio: liberoꝝ procreatio et eoꝝ
educatio: nec ad hec cuncta animātia in-
clinant. Et sic Archi. ⁊ alij post cū male in
telligunt: φ homo cōicat cum ceteris ani
mātibus: in his q̄ natura oīa animan-
tia docuit: quia multa animalia habēt di
uersas inclinationes: vt experiētia vides
ad que homo non inclinatur / nec potest:
Exempli gratia: auis habet inclinationē
naturalē ad volandū: non tamen homo:
nec potest homo volare. Item errarūt in
exēplis: quia illa non sūt cōia oībus ani-
mātibus: licet possit dici: φ homo cōicat
in hoc iure naturali cū illis animantibus
que inclinantur ad cōiunctionem maris

cum femina/ et procreationem filiorum ꝛ eorum educationem. Sed sanctus doctor poterat aliam inclinationem/ siue preceptum iuris naturalis ponere: pro exemplo cōmuni homini cum alijs animantibus a natura/ videlicet dilectionē. Nam omne animal diligit simile sibi: et sic omnis homo simile sibi. Ecclesia. c. xiij. ꝛ in hoc cōmunicat homo cum ceteris animātibus. Et si aliquādo nō diligit homo aliquem hominē: hoc non venit sibi a natura: sed potius contra naturā. Tertio modo est etiā inclinatio hois ad bonū scd̄m naturam rationis/ que est sibi propria: vt homo habet inclinationē naturalem ad hoc: vt veritatem cognoscat de deo/ ꝛ similia. Et scd̄m hoc ius naturale non est commune omnibus animantibus. Et scd̄um hoc ad legem naturalem pertinēt ea que ad huiusmodi veritatem spectant: vt homo ignorantiā euitet/ et alios non offendat. iuxta legem. veluti. ff. de iusti. ꝛ iur. ibi. Cū cognationē quandā inter nos natura constituit: cōsequens est hominē homini insidiari nephas esse.

¶ Septimo quero. Diximus supra ꝙ hec
¶ Preterea nono facit pro nostra ꝯclusione. Regula est de vsu. c. quia frustra legis ix. corroboratio, auxilium inuocat qui cōmittit in legem. Sed ille qui se vult eximere cōmittit in legem. l. de p̄catio. ad. l. rodiā. de iac. ff. et l. bene a zenone. C. de quadri. prescrip. et c. Adrian'. lxiij. dis. spec. in ti. de feu. §. ij. v̄. xiiij. Bar. in. l. ij. §. per hāc. ff. de rei vendi. vbi cauet q̄ imp̄ator est dn̄s toti' mundi: ergo nō debet habere auxiliū legis humane/siue imp̄atorū: quo iure aliq̄ potest tenere dominiū siue ius. d. c. quo iure. et c. ius quiritū. Et ideo nō potest dici aliquis exēptus: q̄a q̄ dicit se exēptū/negat potestatē imp̄atoris: et sic i'possibile est/ q̄ ei' lege possit se iuuare: et ita erit p̄sona p̄uata.

¶ Item decimo corroboratur hec conclu- x. corroboratio sio sic. nullus inficiatur/ q̄ leges sunt fundate super ratione. c. erit autem lex. iiij. dis. et c. consuetudo. j. dis. Sed certum est q̄ in iudicijs totius christianitatis vtūtur legibus imperialibus: vt experientia vi-

des: et tunc/aut dicunt ꝙ vtuntur illis legibus tanꝗ̄ legibus imperialibus sui superioris/ ⁊ res est clara: aut dicunt ꝙ vtūtur illis iuribus tanꝗ̄ ratione fundatis: ⁊ tunc etiam postꝗ̄ inueniūtur in eis. d. l. deprecatio: et. l. bene a zenone. vbi dicit/ ꝙ imperator est dominus totius mundi: et sic etiam infertur: ꝙ recognoscunt imperatorem in dominū tanꝗ̄ hoc sit rationabile: cui homo debet se subijcere ⁊ tenere rationē ꝓ lege. c. cōsuetudo. j. dis.

xj. corroboratio. ❡ Preterea vndecimo facit pro conclusione: certum est ꝙ leges sunt facte: vt mali per disciplinam legum coerceantur. c. facte. iiij. dis. et in eo ꝙ q̄s approbat non debet retrocedere. l. generaliter. C. de non num. pecun. Sed sic est ꝙ omnes reges/ principes/et cōmunitates non solum permittunt: immo curam habent/ ꝙ in suis regnis ⁊ dominijs leges imperiales legātur et addiscantur: in quibus imperator inter alia disponit se esse dominum totius mundi/omniū nationum/regum/ ⁊ etiaȝ rerū: ergo sequitur: ꝙ contra id quod approbant seu saltim consentiunt non possunt dicere se esse exemptos.

xij. corroboratio. ❡ Item duodecimo verificatur nostra cōclusio. Imperium super toto genere humano fuit approbatū per deum: quia edicto vnius imꝑatoris obedire voluit: et q̄a Octauianus erat tunc in tēporalitate caput toti⁹ humane societatis. Luc. ij. Exijt edictuȝ a Cesare augusto vt describeretur vniuersus orbis: et in hoc versatur vtilitas cōmunis: vt dicit Philosophus. vnus ergo princeps: ⁊ est tex. in. c. quo iure. viij. dis. vt supra in octauo fundamēto conclusionis induxi. Et sic his presuppositis infero: ꝙ nullus potest se eximere ab imperatore: tum quia derogaretur determinationi/siue approbandi diuine q̄ vult ꝙ vn⁹ sit princeps in orbe in tēporalibus: qd̄ tamen non esset: si aliquis esset exempt⁹ ab imperatore: tū quia non reperitur/ ꝙ imperiū sit diminutū: ⁊ sic remanet illesum: tum etiam quia talis qui vult se eximere/ siue dicit se exēptū: repugnat vtilitati cōmuni: q̄ semꝑ est preferēda/ ⁊ ab oībus approbanda: quia omnes participant in dicta vtilitate.

xiij. corroboratio. ❡ Preterea tertiodecimo ⁊ vltimo pro fundamento nostre catholice conclusionis dico: ꝙ vt supra ꝯclusim⁹ in proxima q̄stiōe principali (⁊ dicere contrariuȝ esset hereticum) temporalis societas humana recipit lumen ab spirituali societate: que tendit in eternam beatitudinē. d. c. solite. de maio. ⁊ obe. Et sicut xp̄s est exēplar oīum nr̄arū actionū. d. c. significasti. ⁊ Iob. xiij. c. ita etiā ecclia militās/cui⁹ caput est papa. Sed sic est ꝙ in spiritualib⁹ est vnitas: ita ꝙ null⁹ potest ab vnitate discedere: q̄a exordiuȝ ab vnitate proficiscit: vt ecclesia xp̄i vna monstret: quā vnam ecclesiam in cantico canticorū spiritus sanctus ex persona xp̄i dn̄i designauerat: dicens vna est columba mea perfecta mea: et vna est matri sue electa: et ab ea nullus fidelium potest discedere: vt est textus. in. c. loquitur. xxiiij. q. j. ita etiā in tēporalibus dicenduȝ est: quod est vnitas. Et sic nō potest quis ab eadem vnitate discedere in hi⁹ que pertinent ad societatem humanam: sicut nō potest in spiritualib⁹: in his que pertinēt ad societatem diuinā: quia alias non diceretur accipere lumē: immo discreparet societas humana: que diuisionem denotaret/si aliquis diceretur exemptus: ⁊ nō esset vnitas in hūana societate. Propter quod non solum fideles: sed etiam philosophi venerunt in huius vnitatis cognitionem. Propterea dixerunt ciuitatē vocari ciuium vnitate: imo etiam hanc societatem humanam (vt dicit Augustinus vbi supra) sub vniuersali vocabulo ciuitatem appellamus. Et sic oportet dicere ad hoc vt sit vnitas in hac societate humana: omnes obediant imperatori. Et hoc probat tex. in. d. c. loquit. vbi dr̄. Licet radij plures: tamē in spūalibus vnū lumen qd̄ est maius. Sic etiam dicimus in temporalibus vnuȝ luminare maius. d. c. solite. et licet radij plures sint: auelle radium luminaris a corpore: diuisionem vnitas nō capit: ab arbore frange ramum/fructus germinare non poterit. A fonte precside riuum: precisus arescit. Sic ergo imperium domini luce perfusum per totum orbem radios suos porrigit: vnuȝ tamen est ꝙ vbiqȝ diffunditur: nec vnitas corporis separatur. Unum caput est ⁊ vna origo in societate humana. d. auct. quo. opor. epis. coll. j. in pn̄. videlicet: in spūalib⁹ sacerdotiū/ ⁊ in tēporalibus imperiū: vtrūqȝ tamē ab vno pn̄cipio: vt ibi dicit tex. Et sicut ille q̄ Romane ecclie ꝓuilegiū ab ip̄o summo

omnium ecclesiarum capite traditum auferre conatur: hic procul dubio in heresim labitur. c. omnis. j. dis. Similiter etiam ille qui lumiari minori / videlicet imperio: priuilegiū respectu prelatiōis et supreme potestatis ab ipso summo oim cōditore traditū / ⁊ a xpo ⁊ eius ecclesia approbatū (d. auc. quo. opor. i pn. ⁊ d. c. quo iure. cū si.) auferre conatur in heresim / siue in crimē lese maiestatis labitur: iuxta. l. amissione. §. qui deficiūt. ff. de capti. dimi. ⁊ in extrauagan. qm imperij. sub rub. qui sūt rebelles. ⁊ ibi late Bar. in §. tenore. qa vt dictū est ecclesia denotat / cōmendat / ⁊ tenet. d. c. loquitur. ⁊ ecclesia cantat. Deus qui corda fideliuz vnius efficis voluntatis. Et sic ad vnius capitis voluntatē referant / ⁊ sibi obediāt in his q ad animā pertinēt: alias sunt infideles. Similiter etiā in tēporalibus vnius catholici impatoris volūtati oēs subijciātur. l. ij. §. nouissime. ff. de orig. iu. ⁊ insti. de iur. nat. §. sed qd pricipi. Cōmunio eniz pluriū discordiam parit: vt dicit tex. in. l. cum pater. §. dulcissimis. ff. de. le. ij. igitur ad hoc vt sit cōcordia in orbe: hoc est in societate humana totius orbis: opus est q vnius sit regimē totius: ⁊ sub eo particularium regum. Unde dominus noster (qui venit exemplum dare nobis: vt sequamur eius vestigia Joannis. xiij. cap.) hoc imperium sub vnius volnntate pendere approbans / tali tempore voluit nasci: quo sub vnius optimi Octauiani imperatoris in tēporalibus voluntate totus orbis pendebat. Luce. ij. Exijt edictū ⁊c. cuius edicto obediuit: vt ecclesia catholica heri incēpiente ab eius natiuitate: anno Millesimo quingentesimo vicesimo tertio cantauit veniens in Hierusalem in vtero virginis domiē nostre: in Bethleem iudee nasci voluit. Deinde eidem Octauiano cum virgine matre sua se manifestare dignatus est. Rursus Tiberio impatori viso eius imagine nūmisma dare iussit. Preterea idem dominus noster Joh. xvij. c. Rogauit / docuit / ⁊ dicit: vt omnes vnum sint: sicut tu pater in me / ⁊ ego in te: et vt ipsi credētes in nobis vnum sint: et claritatē dedi eis / vt sint vnum sicut et nos vnum sumus: vt sint cōsumati in vnum. Sicut ergo in spiritualibus in societate fideliū dum esset vnū vicariū / videlicet Petrum in locum suū: vt omnes fideles essent consumati in vnū eius vices gerentē: et ab eius vnitate nemo fidelium potest discedere. Similiter posuit suum vicarium in temporali societate vnum / videlicet imperatorē: vt oēs fideles et infideles ad finem pacifici status hominū essent consummati in vnum eius vicarium in temporalibus: et tunc totus orbis erit in tranqllitate et pace: vt erat tēpore Octauiani: vt dicit etiā Bar. in extrauaganti. ad reprimendā. in. §. tranqllitate. Hinc dicit ibi tex. q ois anima Romanorū principi subiecta est. et ad Ro. c. xiij. merito dicit tex. in. d. extrauagā. qm. q volentes se eximere ab imperatore incidūt in crimē lese magestatis. Et hoc qnqz modis quis cōmittit: vt declarat Bar. ibi in d. §. tenore. Nam quis dicitur rebellis quādo recedit de vno loco: hoc est quando de terris imperio subiectis vadit ad hostes. Secūdo modo / quando retinendo locum in quo stant: rebellāt cōtra principis obedientiam: vel non receptando eius gentem. Tertio modo / quando quis non facit opera hostilia contra principem: sed solum non obediunt ei: dicuntur rebelles. Quarto quando contra personam principis quis facit. Quinto quādo contra officiales pncipis facit aliquid / dicitur rebellis. Et ideo sm illum tertium modum / si quis dicit se exemptum: dicit se non obedire imperatori: ⁊ per consequens incidit in crimen lese magestatis. Et procedi potest contra talem rebellem secundū tenorem dicti extrauagantis. Ad reprimendā. Et multo magis in alijs quattuor modis quis committat potest procedi contra talem rebellem. Sed dicet aliquis / cum veritas ipsa dicat: q claritatem dedit vt sint vnum / et consummati in vnum: sicut et deus pater / et deus filius vnum sunt. Et ideo posuit vnum vicariuz in temporalibus: sicut posuit vnum in spiritualibus: quomodo priscis temporibus ante diluuium: et post in cōmunitate viuebant homines? Immo cum status ille esset perfectior: deberemus imitari illum statū perfectiorem: et melius foret vt in communitate viueremus. Sed dico q facilis ex predictis tibi patet solutio: nam quemadmodum status ille erat perfectior: ita etiam magis hoies erāt vnius volūtatis. Sed postea crescente malicia hominum: nam totus mundus esset in maligno positus: vt di-

Mouetur qdam dubiuz in materia ⁊ decidit.

cit Job. in sua canonica: ꝛ humana ꝓdicio
in deteriora indies declinat: iuxta proe-
m̄iū decretalium: et in auct. qui. mo. nat.
effi. sui. §. natura. ꝛ in proemio cle. cū si. cū
deuentū sit ad hoc ꝙ pauci inueniātur bo
ni: iuxta dictū domini: multi sunt vocati/
ꝛ pauci electi: vt vnus optimus eligeretur:
per quē lex traderetur generalis: videlicet
papa in spiritualibus ꝑ cardinales: et im-
perator in tēporalibus ꝑ illos septē supra
nominatos electores. Obmittamus im-
peria cōmunitatū q̄ refert Bar. in. d. ex-
traua. ad reprimendā. in. ꝟ. totius orbis.
Ubi ponit imperium/ Babilonie/ deinde
Medorū/ ꝛ Persarū/ tertio Grecorū/ q̄r-
to Romanorū. Sed in hoc nō insisto: nos
enim sequēdo Augustinū: duas posuim⁹
cōmunitates imperantes orbi: vsquequo
iam deuentū est ad vnū/ videlicet impera-
torē: qui presideat orbi in tempalibus: et
om̄es sibi obediāt iuxta dictū apl̄i ad Ro-
ma. c. xiij. oīs anima potestatib⁹ sublimio
ribus est subiecta/ videlicet in sp̄ualib⁹ pa
pe: qui est sublimior: et in tēporalibus im-
peratori quo nullus est sublimior: ponde-
ra verbū/ om̄is aīa: iuncto ꝟbo sublimio-
ri: ex quo infertur/ ꝙ quilibet rex est subie
ctus sublimiori: cū nō sit dubiū ꝙ impera-
tor est sublimior in tēporalib⁹: et qui ei re-
sistit dei ordinatiōi resistit: et q̄ resistit ip̄e
sibi dānationē acq̄rit: vt dicit ibi apl̄s: que
enī ordinata sunt a deo ordinata sūt: nul-
lum enim ordinationē in potestatibus a
deo habem⁹/ nisi de papa in spiritualib⁹:
et imperatore in tēporalibus: a quibus re
lique potestates inferiores in sp̄ualibus
et tēporalibus dependent. Reges enī (de
quibus deus locutus est in testamēto ve-
teri) finē habuerunt adueniēte christi na-
tiuitate: iuxta illō iacob: nō auferetur sce-
ptrum de iuda/ donec veniat qui mitten-
Hic īci- dus est: ꝛ gesta ꝑ eosdē etiā erāt figuralia.
piūt re- ¶ Restat nūc videre de tertio/ videlicet so-
sponsio lutio argumētorꝫ q̄ supra cōtra cōclusionē
nes ad catholicā fecimus. Et ad hec aduertendū
argum̄. est: nam ex solutione dictorū argumento
ↄtra cō- rū magis ac magis corroborabitur nostra
clu. ī pn conclusio: ꝛ q̄ obscura vident̄ in hac mate
ci. factā ria declarabimus: et mentes errantiū ad
viā veritatis reducent̄. ¶ In primo argu-
Respō. mento dictū fuit: ꝙ oīs potestas a deo est:
ad. j. ar. ꝛ ꝑ me reges regnāt dicit dn̄s: ꝛ legū con-
ditores iusta decernūt. Sed ad dictū ar-

gumētū multipliciter patet solutio: ꝛ vno
modo respōde: ꝙ tēpore legis scripture in
veteri testamēto reges nō solum approbā
tur illi populo israelitico: sed ꝑ deū elige-
gebant̄: vt dicitur sapientie. ix. Tu autē
elegisti me regē populo tuo: ꝛ iudicem fili
orū tuorꝫ ꝛ filiarꝫ: ꝛ regū. ij. c. Unxi te re-
gem super israel. Hinc est ꝙ gesta ipsorꝫ
regum omnia erant figuralia/ vt supra di
ximus in p̄ma parte s̄m Augustinū cōtra
faustū: pp̄ls enī iudeorꝫ ad hoc elect⁹ erat
ꝙ ex eo xp̄s nasceret̄. Ideo oportuit totiꝫ
illius populi statū esse propheticū et figu
ralē: ꝛ propter hoc etiā iudicialia illi popu
lo tradita magis sunt figuralia: ꝙ iudicia
lia alijs populis tradita. Sicut etiā bella
et gesta illi⁹ populi exponunt̄ mystice: nō
aūt bella ꝛ gesta Assiriorꝫ/ vel Romanorꝫ:
quāuis longe clariora s̄m hoies fuerūt: vt
dic̄ scūs tho. p̄ma. scd̄e. q. ciiij. ar. ij. ꝛ ideo
de illis regibus dicit Salamō vbi supra:
Per me reges regnāt: sed adueniēte xp̄o
ablatum est sceptrum de iuda: et iam non
sunt reges dati per deum. Sed postq̄ chri
stus verus rex assumpsit carnem humanā.
Joannis. cap. j. Et verbum caro factum
est: et habitauit in nobis. Decens erat ꝙ
cum post resurrectionem suam ascensur⁹
erat in celum/ dimitteret hoiem: qui vice
eius gereret visibiliter in terris: quemad
admodū ipse in terris visus est: ꝛ cum ho-
minibus cōuersat⁹ est. Baruc. c. iij. ꝛ pro
ut sunt due potestates spiritualis videli-
cet et tēporalis. Dimisit in terris duos vi-
carios/ vnuꝫ qui p̄esit spiritualibus vide
licet papam: et alium scilicet imperatorē:
qui potestatē in tēporalibus habeat. Sed
non habemus potestatē aliam approbatā
a deo: propterea dicendū est ꝙ procedit ar
gu. ꝙ om̄is potestas a deo est: videlicet tā
illa q̄ imperator habet in tēporalibus: q̄ꝫ
etiā potestas pape in spiritualibus: ꝛ alie
potestates inferiores dependent ab eis. c.
loquitur. xj. q. j. Uel etiam alio modo po-
teris dicere: ꝙ omnis potestas a deo est/ vi
delicet q̄madmoduꝫ in illo statu (qd̄ regi-
men iuris gentiū appellamus) erant con
stitutiones iuris gentiū: q̄ apud om̄es gē
tes pereque obseruabant̄. insti. de iur. na.
§. qd̄ vero. Sed tunc etiam fiebant cōstitu
tiones particulares: que dicuntur ius ciui
le cuiuslibet ciuitatꝫ iuxta mores suos. in-
sti. de iur. nat. §. quod quisꝙ. ita etiaꝫ hoc

tempe cum impator sit princeps et dñs to
tius mũdi.l.deprecatio.ff.ad leg.rodi.de
iac.cum si.et habet eandẽ potestatẽ legis
condende vice totius orbis: vt supra dictũ
est in prima et etiaz scḋa parte: leges quas
ipse imperator promulgat in tẽpalibus/li-
gãt oẽs gentes fideles ⁊ infideles: vt in-
fra tertia parte dicemus. Et sub ipso sicut
in statu iuris gentium ciuitates faciebant
iura propria: et illa vocãtur ius ciuile: ita
etiam nunc isti reges principes ⁊ commu
nitates faciunt suas leges particulares: ⁊
dicitur illud ius propriũ talis regni vl' do-
minij/vel prouincie: sicut sunt castelle se-
ptem partite: et in regno Nauarre etiam
sunt leges particulares: quod forũ regni
appellatur. Et iste leges et similes in di-
uersis regnis vocãtur leges particulares
dictorũ regnorũ et ciuitatũ: quod propriũ
ius ipsorum regnorum est. Et sic isti possunt
habere potestatẽ particularẽ legis condẽ-
de sub imperatore. Tamen an hanc pote-
statem habent ab imperatore/siue q̃ habẽt
a deo mediate/vel ĩmediate non curo: suf-
ficit q̃ talem potestatẽ habent in particu-
lari subiecti imperatoris: ipse vero habet
potestatẽ in vniuerso orbe: et eius leges li
gant omnes gentes mundi: ⁊ prouincias
⁊ regna vniuerse terre: et eas omnes ser-
uare tenentur etiam infideles: quicquid
dicat Bal.in.l.cunctos populos.C.de sũ.
trini.et fi.cath.⁊ ibi Cinus et refert Bar.
ibi.c.q̃ postq̃z nũc nõ oẽs populi obediũt
imperatori: videtur non ligare eos: ṗmo
ne sint eius leges.ludibrio.l.si pretor.ff.
de iudi.⁊.l.fi.ne quid in loco publi. quia
non est spes q̃ obediant. Item scḋo quia
non sunt digni tales legum laqueis inno
dari.l.q̃ adulteriũ.C.de adulter. Sed ad
primũ dico/q̃ omnibus populis imperator
intendit ponere legem: et si de facto quis
non obedit: incidit in crimen lese maiesta
tis: vt supra in vltimo fundamẽto nostre
questionis diximus. Et de eis de quibus
non est spes q̃ sibi obediant: dico q̃ nõ est
presumendũ: quinimo semꝑ presumit q̃
ad imperatoris ditionẽ venient oẽs in-
fideles: ⁊ maxime credẽdũ est de christico
lis: q̃ nullus imperatori obedientiã dene
gauit: cum alias incidunt in crimen rebel
lionis. Et iuxta dictũ apostoli ad Roma.
xiij.ipsi sibi dãnationẽ acquirerent: et di-
uino iudicio penas nõ solũ eternas: verũ
etiã tẽporales sustinebunt: iuxta aplm ad
Roma.j. Reuelatur eniz ira dei de celo su
per omnẽ impietatẽ ⁊ iniusticiã hominũ.
Et ille met tex.in d.l.cũctos populos: hoc
innuit: quẽ ibi Bal.⁊ glo.pro cõtrario al-
leg. Sed Bar. ibi meli⁹ dicit: q̃ postq̃z de
natura legis imperatoris est comprehen-
dere omnes populos: sic illud relatiuum
qui venit declaratiue: sed in eo quod dicit
Barthol⁹. imperatoris legem non ligare
omnes: ne sint ludibrio: non procedit ra-
tione supradicta. Preterea deus dat legẽ
euangelicã fidelibus ⁊ infidelibus: tamẽ
non propterea q̃ infideles eam non reci-
piũt sunt imunes a pena eterna. Ita etiã
in lege tẽporali dicenduz est. Preterea q̃n
per vim vel sponte ad obedientiam vene-
rint seruabunt legẽ. Et propter hanc spẽ
redeundi/nõ erit ludibrio lex imperialis:
sicut diximus de lege diuina. Ad scḋam ra
tionẽ dum dicunt q̃ non sunt tales digni
vt legis laqueis innodẽtur: d.l.qui adul-
teriũ. Dico q̃ poti⁹ lex est facta vt mali pu
niantur: ⁊ sic propter proteruos coercen-
dos.c.facte.iiij.dis.non ob.tex.in d.l.qui
adulterium: quia dispositũ in illa lege est
propter vtilitatẽ persone cum qua cõmit-
titur crimen in fauorẽ cõmittentis: non
tamen vilitas persone alleuiat penã eius
delicti: sed potius aggrauat. Et hoc sentit
Bar. vbi supra cum dicit: q̃ non placet si-
bi.opi. Ci.nec eius rationes. Preterea tẽ
pore dicte.l.cunctos populos: erant iudei
et sarraceni sub imperatore: prout etiã sunt
hodie in aliquibus prouincijs christiano-
rum: nõ tamen cõpellit eos credere in tri-
nitatẽ: q̃a non coacte sed sponte quis cre-
dere debet.c.esto.xlv.dis.tamẽ omnes po-
pulos mãdat seruare illam legẽ. Ideo de-
bet intelligi scḋm virtutẽ et naturã legis/
⁊ intentionẽ legislatoris.l.non omnis.ff.
si cer.pet.in ṗn.⁊.c.intelligentia.de ꝟbo.
signi. lex eni humana (cum sit facta dum-
taxat ad cõseruationẽ status humani ge-
neris in pacifico statu) nõ extendit ad spi-
ritualia quibus soluz romanus pontifex
ministrat.c.cum ad verũ.xcvj.dis.ibi ergo
imperator fatẽdo se catholicũ dicit nõ dispo
nendo: de dubijs eniz fidei tractare ad so
lum papam spectat.c.maiores.in ṗnci.de
baptis. Habes ergo q̃ isti reges/ṗncipes/
cõmunitates/aut ciuitates habẽtes iuris-
dictionẽ possunt facere leges proprias ta-

lis ciuitatis/regni/vel cōmunitatis: non tamen propterea preiudicare possunt legi superioris hoc est imperatoris cle.ne. Romani de elec.c.cū inferior.de maio.r obe.r.c.inferior.xxi.dis.vide Bar.in.l.omnes populi.ff.de iusti.r iur.r.l.i.C.de sum.tri.r fi.catho.et sic nō sequit: possunt facere legē: ergo sūt exēpti a potestate impatoris: et sic non obstat ar. Preterea vnde isti reges nostri tēporis habeant potestatē legis condendi nō cauetur aliqua scriptura diuina/vel canonica: sufficit q tollerātur per impatorem. Et q hant potestatez sub imperatore habeant erga subditos: potest pcedere ex cōsuetudine prescripta/vel priuilegio imperatoris: vt dicunt veneti se habere. Et in regno Nauarre populus q eripuit regnū a faucibus sarracenorū elegerunt regem. Et ita etiā postea alia regna Hispanie fuerūt acquisita per reges a faucibus hostiū fidei: vt dicit glo.in.c.Adrianus.ij.lxiij.dis. Et reges Francie r anglie habent cōsuetudine/vel priuilegio imperatoris: non tamen propterea sunt exempti ab imperio.

Respō. ad scdz argum. ¶ Ad secundū argumentū respondeo. q licet sit verum q leges que per reges fiunt/ sunt fundate super ratione naturali: non tamen sunt ita generales q extendantur ad vniuersum orbem: sed tantū subditos talis prouincie/vel regni/aut ciuitatis/ ligat: r sunt leges proprie illorum: insti. de iur.nat.§.sed qd quisq. Sed cum propter consuetudinē peccādi aliqua scdm se mala multorum ratio licita iudicat. Ideo diuina prouidentia et approbatione ecclesie est ventum: q arbitrium illius ratiōis fuerit redactū in vnum videlicet imperatorem in vniuersa societate humana: vt legem cōdere possit super omēs humanos: per cuius legem derrogatur legi inferioris.c.j.de consti.in.vj.r per Bar.r doct. in.d.l.omnes.ff.de insti.r iur.non tamē econuerso lex inferioris/videlicet dictorū regū potest derogare legi imperatoris.d. cle.ne.Romani.de elec.cum si. Intelligo tū in vniuerso: in particulari vero iuxta mores prouincie fit lex.

Ad.iij. argum. ¶ Ad tertiū arg. dico q dicte auctoritates trāssumpte in dicta epistola. inter claras. C.de sum.tri.r fi.catho.loquūtur de rege Romanoz/vel impatore tanq de rege totius orbis: per deum r ecclesiam approbato. Idē etiā originaliter de regibus israel ante aduentū christi quoz vnctio cessauit per xpi incarnationē. Et sic coz impatoris in manu dei est: qui est vnicus rex toti' orbis in tēporalibus. Uel etiam poteris referre illas auctoritates ad alios inferiores gubernātes: dum tamen cognoscant eoz potestatē dependere ab imperatore: vel a deo mediāte impatore dependeat. Et hoc modo etiam eorum potestas potest dici a deo. Iuxta dictum aplī. ad Ro.xiij.c.r cor eorū est in manu dei. Si vero nitantur se eximere ab imperio a deo constituto: cum dei ordinationi resistant: cor eorū nō erit in manu dei: sed inimici generis humani. De quorū legibus verificatur dictū esaie x.c. ve vobis qui conditis leges iniquas. Item in rege bene disposito cor eius erit in manu dei condendo legem suo inferiori subyciendo se sublimiori. Et sic propter hoc nō diminuit potestas impatoris: quin ipse faciat legē vniuersalem: et ita tali regi iusto non est posita lex: ex eo quia ipse iustus naturaliter q legis sunt facit: et volūtarie obedit legi imperatoris superioris r non coacte. Et talis rex non ligatur legibus: que magis propter malos sunt condite.d.c.facte.iiij.dis.

¶ Ad quartū dico: q licet reges r omnes humani habeāt ab exordio creationis sue ius naturale: et per cōsequēs habeant rationē a deo. Et hoc respectu potestas oīm hominū sicut imperatoris sit a deo. Et in aliqbus regnis videlicet Nauarre r Aragonie populi dictoruz regnorū elegerunt reges: in alijs pro prouincijs habent ex priuilegio/vel consuetudine/aut per occupationē: tamen cum ipsi a principio fuerint iure sub imperio: ipsi populi non poterāt se eximere: r similiter id quod non habebant/ non poterāt in alium transferre. l.traditio.ff.de aqui.re.domi.l.nemo pl' iuris.ff.de reg.iur,r.l.nemo.de reg.iur, in.vj.imo tam transferentes potestatē illam regibus: q etiā ipsi reges: imo etiam hostes recuperat p eos semper sunt de iurisdictione impatoris: in cui' arbitrio est positū iudiciū rationis in orbe. Alias enī tot essent rationes: quot sunt homines diuersi r contrarij sensus: r sic dictum argumentum non obstat. Ad.iiij. argum.

¶ Ad quintuz, licet videatur argumentū colloratum dico q nō obstat: quia forsan Ad.v. argu.

procedere posset stantibus primis terminis. Sed vt vidisti in prima parte in tertia et quarta questiōibus principalib⁹ ratio humana per assuefactionē peccandi extitit obscurata: ꝛ vt plurimū hoīes suo sensu pro ratione vtuntur. Et ea que sunt in qua iudicant esse rationabilia: propterea licet in primo statu iuris gentium siue cōstitutione scripta lumine intellect⁹ gen⁹ humanū in pace cōseruabatur. Deinde orta malicia hominū constitutiones facere ceperunt. §. natura. qui. mo. nat. effi. sui. Sed cum gen⁹ humanū magis ac magis in deteriora pro maiori parte declinauit: deo permittente ad paucorū arbitrium regimen humane societatis deuenit videlicet vltimate in Romanos: ꝛ de eis in vnū imperatorē. d. §. nouissime. l. ij. ff. de orig. iuris. Et vt supra dictum est: hoc fuit approbatum per deum et per eius ecclesiam ꝙ vnus sit imperator: et certus sit numer⁹ electorū imperatoris. Et ab hac approbatione seu pot⁹ institutione diuina reges vel populi non possent sponte/vel armis discedere. Et hoc duplici de causa: primo postꝙ̄ tota vniuersitas humane societatꝭ, ꝛ Romani qui vice omniū fungebanꝭ nominarunt imperatorē: vt vnus esset. d. §. nouissime. ꝛ insti. de iur. nat. §. senatuscōsultum. Deinde tota vniuersitas humana consensit et obediuit Luce. ij. Exijt edictum a Cesare augusto: ideo iuxta regulā in argumento positam ad disponendū cōtrariū oporteret ꝙ tota societas humana orbis conueniret: ꝛ sic alique partes per se puta reges/vel prouincie non possent se eximere. per. d. l. nihil tam naturale. ff. de reg. iur. Et sic argumentū retorqueꝭ in cōtrariū: nec nunc sola voluntas Romanorū sufficeret: licet hoc asserat Occam: q̄a Romani nunc non habent sub se vniuersum orbem. Nec ab eis imperatores posteriores obtinuerunt imperium: vt dictum est de Julio Cesare: ꝛ Octauiano eius nepote: ꝛ Tiberio: et vniuerse nationes co tēpore in vnum imperatorē cōsenserunt. Immo dicendū est/ꝙ postꝙ̄ per deum est imperiū in vno approbatum: et hoc ab ecclesia tenetur: ꝙ etiam vniuersi homines non possent contrariū disponere. Sed vltra hoc requireret ꝙ hominū conditiones imitarent primos parentes: qui erant in primo statu iuris gentium: quo iure naturali in perfectiori vita se cōseruabant: ꝛ si ita viuerēt homines in dilectione sua naturali: cessaret imperiū vnius: quia nō inuenitretur materia in qua valeret exerceri gladius tempalis: cum illud nihil aliud sit ꝙ̄ animaduersio in facinorosos homines. l. imperiū. ff. de iuris. oīum iudi. c. facte. iiij. dis. nec mundus indigeret imperatore: nec prouincie regibus. Sed iuxta. d. c. de cōstantinopolitana. xxij. dis. in fi. secundū humilitatis rationē omnes equales essemus. Sed quia videmus humanā conditionē indies in deteriora declinare. Societas humana etiam in vniuerso nō posset aliud disponere: īmo min⁹ possent in vno voto concordari: cuꝫ sit iam ventū ad hoc videlicet: quot capita tot sensus. c. quia diuersitatē. de concess. prebē. ex quo apparet ꝙ nunc oportet magis vt p vnius optimi arbitriū mundus gubernetur ad pacificū hoīm statū: ꝛ nullus est q̄ hoc nō sentiat licet aliqui contrarium faciant.

¶ Ad sextū argumētuꝫ. ex supra proxime [Ad. vj.] dictis poteris respondere. Nā licet veruꝫ [argum.] sit: ꝙ par in parem nō habet imperium. c. innotuit. de elec. et ideo tota vniuersitas humana orbis non poterat ligare successores: quin nunc tota societas orbis hoīm valeant ab vnius imperio discedere: tamē non apparet eadem societas tota contrarium disposuerit: quod requirebatur ad verificationē regule. d. c. innotuit. Et sic particulares prouincie nō possunt cōtrarium facere. Item scđo quia nunc eadem ꝛ maior ratio militat vt vnus sit imptor in orbe: cui omnes obediant ad tranquillitatem hominū. Item tertio quia imperium in vno est confirmatū per deum/ꝛ eius ecclesiam catholicam: ꝛ sic nullus potest ab eo se eximere.

¶ Ad septimū et octauū argumentū: vbi [Ad. vij. argum.] consistit capitale ꝙ doct. faciunt: ꝛ in illis argumentis se fundant ad ponendū mūdum in confusione. Sed vt deinceps nullus valeat pretendere ignorantiam: pluribus modis respondemus ad predicta argumēta: quibus magis conclusio nr̄a catholica corroborabitur. Presuppone ergo ꝙ vnus est imperator: vt dictū est in secūda parte in prima questione principali: et in scđa/ꝛ etiam in hac tertia: cui oēs in tēporalibus subijciūtur: et oēs doctores hoc affirmant: etiā isti qui dicunt pre-

scripsisse exemptionē: quia prescriptio pre
supponit ius alterius: ideo oportet dicere
ꝙ imperator: dñs totius mundi est ⁊ supe
rior: ⁊ oēs debent sibi obedire. Sed isti
doctores dicūt ꝙ prescripserūt aliq reges:
videlicet rex Francorū: ⁊ Hispanie reges/
⁊ nōnulli alij: vt retulimꝰ sup̄ in. vij/ ⁊. viij.
argumētis. Sed cōstanter affirmo: ꝙ nul
lo modo in hoc casu procedit prescriptio: ⁊
primo respondēdo his duobus argumen-
tis dico: ꝙ contra ius naturale/ vel diui-
num nō currit prescriptio: tex. est in. c. fi.
de consti. eodem modo nec contra ius ca-
nonicū: qd ex auctoritatibus noui ⁊ vete-
ris testamēti dependet. Et hec tria videli-
cet ius naturale/ diuinū/ ⁊ canonicū equi
parant. c. fi. ix. dis. quia ea q iuri canonico
sunt cōtraria: sunt etiā iuri naturali ꝯtra-
ria. Sed iure canonico/ imo etiam diuino
est imperator: vnus in tēporalibus sup oēs
vt sup̄ in hac q̄stione multipliciter appa-
ret: presertim in primo et tertiodecimo fū
damētis cōclusionis catholice. Ergo sequi
tur ꝙ nullꝰ potest pretendere prescriptio-
nem contra imperatorē: vt possit se eximere
ab eius potestate: et sic non procedūt ar-
gumēta. Item secūdo ad essentiā prescri-
ptionis requiritur possessio. tex. est de regu.
iur. in. vj. c. sine possessione prescriptio nō
procedit. Sed impossibile est ꝙ quis qua-
si possessionē illius potestatis quā imperator
habet possit acquirere: ergo nullo pacto
potest prescribere. Maior de se patet per
dictā regulā. minor probatur. Nam cum
nō potest q̄s sibi ipsi imperare. c. fi. de pe.
⁊ remi. ⁊. l. penul. de arbi. ff. sic nō potest
ius iurisdictiōis sup̄ se exercere: ergo nec
quasi possessionē illiꝰ iuris potest acqui-
rere: ⁊ hoc est argumentū Calder. quē re-
fert Abb. in. c. cum nō liceat. de prescript.
Et in hoc residet ibi Abb. sequēdo Calde-
rinū: ꝙ hoc modo nulla prescriptione pos
sunt isti reges se defendere a potestate im
peratoris: licet in terminis octaui argumēti
ꝯtrariū teneat. Sz licet hec ratio calderi.
sit subtilis: vt etiā dicit ibi abb. ⁊ procedat:
non tamē est minoris efficacie ratio quā
dat Inno. tertius. in tex. in. d. c. cum non
liceat: que differt ab illa quā refert Abbas
allegādo Calde. dicit enim tex. ibi. ꝙ pre-
scriptio subditi non procedit contra obe-
dientiā superioris. Ratio: quia non licet a
capite membra discedere. Et pro intelligē
tia dicti capituli: cū non liceat: et aliorū
iurium q contrariari videntur/ cōsidera: ꝙ
due sunt societates p̄ncipales hominū: vt
supra in p̄ma parte: tertia/ ⁊ quarta prin-
cipalibus q̄stionibus: et per discursū huiꝰ
q̄stionis scd̄e ptis patet: videlicet societas
fideliū tantū: que tendit ad finē felicitatis
eterne: quod est vnū corpus mysticū: cuiꝰ
caput est papa. Alia est societas tā fideliū
q̄z etiam infideliū quo ad beatitudinē tem
poralē tantū: vt homīes in tranquillitate vi
uant: cuius caput est imperator. Sicut er-
go est impossibile ꝙ aliquis fideliū possit
separari a capite: hoc est a papa. c. loquitur.
xxiiij. q. j. ita etiā est impossibile in tēpora
libus: possit quis discedere a capite: q est
imperator: quia vnaqueqz societas fingitur
vnum corpus. Et in vnoquoqz corpore est
vnum caput: videlicet in spūalibus papa:
⁊ in tēporalibus imperator. Et hoc est quod
dicit tex. in. d. c. cum nō liceat. sicut enī est
impossibile ꝙ corpus sit sine capite: ita etiā
est impossibile a natura: ꝙ aliquod mem-
brum sit de corpore: ⁊ non sit sub capite: ve
ne sine capite. Si enim mēbrum abscidat
non erit de corpore. Ita etiam si aliq̄s fi-
delium efficiatur infidelis/ iam abscissus est:
et non erit de corpore fideliū: et hoc est qd
dicit tex. cum glo. in. c. nulla ratione. xcix.
dis. Siliter etiā in tēporalibꝰ/ si quis velit
dicere ꝙ est sine capite: vel dicere ꝙ nō est
de corpore: hoc est ꝙ nō est de societate hu
mana. Et de tali dicit Phs. j. politicorū.
aut est neq̄z/ aut plusq̄z homo. Et sic est im
possibile: ꝙ aliquis dicatur exēptus: vel
possit prescribere obedientiam quā debet
imperatori: nec super hoc possessionē/ vel
quasi possessionē acquirere. Sed cōside-
ra/ ꝙ tā sub Romano pōtifice/ q̄z etiā sub
imperatore sunt alie societates inferiores:
puta sub papa archiepiscopatus ⁊ episco-
patus: et sub imperatore reges/ ⁊ alij p̄n-
cipes. Et isti qui sunt sub tali societate par
ticulari spirituali/ vel tēporali nō possunt
prescribere obedientiā: existentibus illis
in tali societate: q̇a impossibile est ꝙ pos-
sunt esse sine capite: tū bene possent pre-
scribere talem obedientiā: submittēdo se
alteri capiti in alia societate: vel etiam ꝙ
subsint imediate Romano pontifici quo
ad spiritualitatē: vel in tēporalibus impe
ratori: et non erūt sine capite. Et hoc mo
do loquūtur, c. cum olim. de preuile, ⁊, c.

cum persone. de pulle. in. vi. Sed ab vniuersali societate q̄ nō sit sub imp̄atore in tēporalibus: īpossibile esset separi: q̄a tunc aut esset nequā: aut plusq̄ hō: et hoc est qḋ voluit dicere tex. i. c. cū nō liceat. de p̄scri.

Respō. ad oct. argum. ¶ Non obstat nūc id quod dicit in octauo argumēto: q̄ licet tales reges non possint prescribere actiue: tamen passiue prescribere possunt: vt subijciant pape: et in hoc nullus doctorū discrepat. Et dicūt q̄ rex Frācie: vel reges Hispanie/ et similes possunt p̄scribere passiue: videl3 vt sint subiecti pape immediate/ et nullo modo imperatori. Sed ad hoc respondet: q̄ nullo pacto procedit hec prescripcio passiua: sicut nec actiue procedit: quia eadem ratio procedit in hoc casu sicut in primo: quia vt dictum est ad prescriptionē requiritur quasi possessio: et ad eam acquirendā requirit animus: sicut in possessione. l. iij. in pn. ff. de acqui. poss. Sed notoriū est (q̄ ipsi reges qui dicūt se exēptos) asserunt q̄ nec romano pontifici subijciūtur in tēporalibus: et sic non intendūt se submittere pape quo ad tēporalē potestatē: et sic nō prescribunt passiue illa3 obedientiā: quā debent imperatori. Preterea etiam si dicerent: q̄ in tēporalibus volunt recognoscere papam/ non possunt: quia nō valent tenere in hoc quasi possessionē: tum ratiōe ipsorū/ quia non possunt se possidere: imo etiam si possidere se possent: tamē mutare possessionē non possunt nisi causa extrinsecus adueniēte. l. qui bona. §. j. ff. de acq. poss. tum nec ratione ipsius imperatoris: eo quia in his in corp̄alibus requirebatur patientia superioris/ scilicet imperatoris: vt dicunt omnes doct. cum Inno. in. c. bone. el. ij. de postul. prela. Abb. et Marian. in. c. cū cōtingat. de fo. cōpe. Tū etiā rōne ipsius sūmi pōtificis nō possunt ei prescribere: quia ipse non habet nec potest habere iurisdictionē siue potestatem temporalē nec actu/ nec habitu: imo etiam si haberet habitu: tam sibi per dn̄m fuit prohibita potestas illa tēporalis: vt de hoc late diximus supra in hac scḋa parte in scḋa q̄stione principali: q̄ non habet actu/ nec habitu papa potestatē temporalē: tamen etiam si haberet eam habitu: postq̄ eam nō potest exercere prohibente dn̄o dum dixit: mitte gladium in vaginam: et sic frustra se subijcerentur: cum vetitū est sibi exercicium. ar. l. ij. ff. de orig. iuris. §. post originē. ibi. parū est iura in ciuitate esse: nisi sint qui ea reddere possint. Et papa nō potest reddere iura in tēporalibus: alias iam haberet actu potestatē tēporalē: qḋ tamen omnes inficiant. Et sic tam respectu regum/ quia non possunt quasi possidere/ etiam passiue: tum respectu imperatoris: cuius paciētia requiritur: tum etiā propter personā pape/ qui nō potest exercere principaliter: vt facit imp̄ator actu potestate3 tēporale3: patet q̄ nullo pacto procedit opinio coru3 qui dicunt q̄ ipsi prescribunt passiue.

¶ Item etiam alia ratione ostenditur error dicte opinionis: q̄a vt dictū est postq̄ asserunt prescriptionē: presupponunt ius imperatoris/ saltim q̄ illud habebat: et dicere contrariū est hereticū vt supra dictu3 est: cum ecclesia hoc teneat: q̄ imp̄ator est luminare minus/ hoc est caput in tēporalibus societatis humane. Si ergo ipsi reges (qui dicunt se exemptos) dicerent: q̄ sunt subiecti in tēporalibus pape/ iam faterentur: q̄ sunt duo capita vnius societatis humane in tēporalibus videlicet imperator: eorū qui dicunt se esse sub imperio: et papa eorū qui dicunt se esse exēptos: qḋ est cōtra determinationē ipsius pape: qui in. d. c. solite. de maio. et obe. ponit duo luminaria magna: vnum magnū: per quod representatur papa/ qui est caput in spiritualibus; et aliud minus: per hoc representatur imperator: qui est caput in temporalibus. Si ergo papa esset caput eorū qui dicunt se esse exemptos: representaret etiā papa illud luminare minus: et sic essent vnum luminare maius/ et duo luminaria miora. Et sic principiū in quo fundat d. c. solite. de maio. et obe. deficeret. Preterea essent duo capita in vno corpore/ puta societatis humane in temporalibus: qḋ est mōstru3 in natura. c. qm̄. de offi. ordi. Preterea alia ratione satis debiliter doc. nostri asserunt de prescriptione predicta: vt subijciant pape ipsi q̄ dicunt se exēptos a potestate imperiali. Nam vt dicit Bal. in. l. j. C. quo. et quādo iudex. Romanus pontifex non solum in puris tēporalibus non exercet iurisdictionē tēporalē: imo si excōmunicaret aliquē regem: vel procederet armis spiritualibus contra aliquā cōmunitatē in tēporalib9: tales censure sūt nullius valoris: vt dicit ibi Bal. q̄a mitte-

ret falcē in messem alienā. Et licet cōmu-
nitas Florētie est propinqua Rome. τ as-
serit se esse exemptā in tēporalibus: cū pa-
pa procederet semel cōtra eos censuris ec-
clesiastic; super tēporali re. Dixerūt se nō
subijcere sibi in tēporalibus. Et ideo cen-
suras illas a Romano pōtifici promulga-
tas nullius fore valoris. Et ita dixit Bar
tholomeus soccin⁹ preceptor meus sup di
cta causa cōsuluisse τ obtinuisse: per idq̄
dicit Bal. in. d. l. j. et allegabat etiā glo. in
c. quod clericis. de fo. cōpe. q̄a q̄dlibet ius
debet seruari in suo foro: videlicet ius ca-
nonicū in spūalibus: τ ius ciuile in tēpora
lib⁹. Et bar. in. d. l. j. C. de sacr. sanct. eccl.
alias enī si essent subiecti pape in tēporali
bus: ius canonicū preferretur iuri ciuili:
sic diceretur papa suprem⁹ in tēporalibus.
Preterea tex. quē allegāt ꝯtra cōclusionē
catholicā / videlicet. c. Per venerabilē. q̄
filij sunt legi: probat cōtra ipsos: q̄a ibi pa
pa narrādo dicit: q̄ rex Frācie non reco-
gnoscit aliquē in tēporalibus: ergo papa
ibi fatetur: q̄ si nulli subest: nec subest ipi
pape in tēporalibus: sed voluit in eo casu
se ibi subijcere. iuxta. l. est receptum. ff. de
iuris. oīm iudicū. quā. l. alleg. ibi. glo. Et
ideo dicit ibi tex. q̄ licet rex Francoꝝ pote
rat legittimare filiū suum tanq̄ princeps
cum subditꝰ: non tamen tanq̄ pater cum
filio: et sic ille textus probat potius q̄ rex
Francoꝝ non subest pape in tēporalibus:
et sic nō prescribit passiue: si tamē vis cui-
tare illū tex. poteris respōdere multiplici
ter. Primo / q̄ ius legittimādi potest pre-
scribi: queadmodū merum τ mixtū impe-
rium prescribi potest: quia id quod potest
concedi / potest prescribi: quia ista duo pa-
rificantur. c. cum cōtingat. de fo. compe. τ
ideo bene dicit ibi. tex. q̄ rex Francorū po
test legittimare: quia hoc non est in signū
supreme potestatis: quod est condere legē
vniuersalē / que omnes comprehendat: τ
hoc non potest concedere imperator: τ sic
nec potest prescribi: vel aliter potes respō-
dere ad. d. c. p venerabilē. prout ibi. glo. q̄
de facto nō recognoscit: sed tex. ibi non di-
cit q̄ non debet recognoscere imperatorē
in superiorē: sed dicit q̄ nō recognoscit de
facto. Et papa voluit eo casu regis Fran-
corū super legittimatione eius filij inten-
dere: quia etiam intendebat super matri-
monio puta affinitate prime mulieris di-
cti regis Francorū. Uel aliter dico q̄ illa
assertio pape non potest derogare preemi
nentie imperatoris: quia non fit cum cau
se cognitione: etiā si determinādo dispo-
neret / prout narrando asserit. Quia si in
his q̄ sunt tēporalia vt dictū est: nō est obe
diendum pape: etiā si vtatur gladio spiri-
tuali siue censuris ecclesiasticis: quia mit
tere τ falcem in messem alienā. Multo mi
nus in his q̄ sunt in signū preeminētie tē-
poralis potestatis imperatoris: maxime
quādo tendit in diminutionē imperij: in
quo papa non debet cōtraire imperatori:
sed potius eum debet iuuare: et viceuersa
imperator pape: iuxta. c. cū ad verū. xcvj.
dist. τ. c. qm̄. x. dist. vbi vna potestas p aliā
debet iuuari. De hoc etiam est tex. in. c. si.
τ. c. qm̄. de offi. ordi. τ. c. princeps. xxiij. q.
v. cum si. ex quibus apparet q̄ nulla cau-
sa prescriptionis potest aliquis se eximere
a potestate imparatoris non solū actiue: sed
nec etiam passiue. Et licet predicta suffice
rent pro responsione dictorū argumento-
rū τ corroboratione cōclusionis: tamen p
clariori dilucidatione veritatis / dico sic.
Presuppono q̄ imperator est supremus / τ
maior in tēporalibus: et hoc est notorium
in vniuerso orbe. l. deprecatio. ad leg. rod.
de iac. τ. c. solite. de maio. τ obed. cum si.
Et hoc debent presupponere etiā illi q̄ pre
scriptionē allegant: posito enī q̄ possessio
vel q̄si possessio posset cadere in his q̄ exē-
ptionē pretēdūt: prout nō potest / vt sup̄ di
xim⁹: tamē cū notoria sit illa suprema po-
testas imparatoris: sequitur q̄ non solū in
medio: sed etiam a principio essent male
fidei possessores: τ vbi mala fides est: non
currit prescriptio. c. si. de prescript. τ in re-
gula. male fidei. de regu. iur. in. vj. eo ma-
xime quia etiam quo ad octauū argumen
tum hec ratio procedit: tam respectu reg; /
qui nititur se eximere: q̄ etiā ex parte pa-
pe / qui non ignorat iura. c. j. de consti. in
vj. quibus disponitur imparatorem esse su-
premū in tēporalib⁹. d. c. solite. immo de-
bet in cōseruandis iuribus imparatoris iu-
uare. d. c. cū ad verū. τ. c. qm̄. cum si.
¶ Preterea vt dicit Inno. in. d. c. bone. el
ij. de postu. prela. in prima colū. in his in
corporalibus ad hoc vt currat prescriptio:
duo requirūtur / pmo q̄ ille qui vtitur in-
tendat vti iure suo. Item q̄ ille cuius iure
vtitur patiebatur sciēs: sed hic nullus rex

vti potuit (licet alias qsi possidere posset) sciens vti iure suo contra imperatorē: primo/quia supra se non potest quis exercere potestatē quā impator habet: scdo qa scit φ imperator habet potestatem supra eu3: et sic non intendit vti iure suo. Itē nec respectu impatoris potest cōstare patientia: tum quia imperator non credit φ aliquis rex (cum ipse subditis suis sit minister iusticie) sit a ratione alienus: φ presumat se non fore subiectum imperatori: alias enī eo ipso φ sibi non obedisit/sunt rebelles: et incidunt in crimen lese magestatis. l. j. ꝛ. ij. ad leg. iu li. magest. Et hoc dicit Bal. in. l. decernimus. C. de sacr. sanct. eccles. Preterea si aliquis vult dicere se exēptū/ debet hoc ostendere coram superiore: hoc est impatore/qui est superior: ꝛ solus preest iudex in sua causa in tēporalibus. l. et hoc Tiberius. ff. de hered. insti.

¶ Preterea vt dicit Inno. in. d. c. bone. ij. de postu. prela. ij. col. papa circa spiritualē iurisdictionē oīa potest: et habet plenitudinem potestatis. Et ideo nullus potest querere possessionem que ei preiudicet: cū illam habet a domino tantum: et ideo est immutabilis. xxj. dis. in nono. ꝛ. c. sequēti. Sed sic est φ eadem ratio militat in imperatore: quia habet potestatem a domino. xcvj. dis. si imperator. et in auct. quo. opor. epis. in princi. colla. j. et supra in secunda questione principali secunde partis latissime est ostensum. Et sic nullus humanus in temporalibus potest acquirere possessionem/vel quasi possessionem contra preeminentiam imperialis potestatis nec prescriptionem.

¶ Preterea vt dicit idem Inno. in dicto c. bone. specialia iura/vt possessionem alicuius ciuitatis/vel ville tantū/potest quis querere et prescribere contra papam: siue Romanam ecclesiam. c. ad audientiam. de prescri. eodē modo papa vtēdo iure alterius prescribere potest. Sed vtendo ex plenitudine: nec possessionem querit alicuius iuris/nec prescribit. Ita etiam pari ratione dicendum est: φ imperator vtendo plenitudine potestatis: nō potest querere possessionem alterius iuris: nec prescribit. Ita etiam nec aliquis potest contra ipsum.

¶ Preterea certum est: φ prescriptiones sunt introducte iure humano impatoris: vt patet per omnia iura de hoc loquentia: ꝛ di. in regla. ij. de reg. iur. in. vj. S3 sic est φ nulla lege cauetur: φ ea que sunt in signum supreme potestatis impatoris possint prescribi: immo potius disponitur cōtrarium. l. competit. C. de prescript. xxx. vel. xl. annoru3. vbi imperator dicit: φ nō currit prescriptio in his q functionē quādam aut ciuilem canonem/vel aliam quādam collationem soluendum dependere videntur. Et sic apparet: φ nullus rex vel princeps/vel aliquis alius in his potest se eximere prescriptione aliqua.

¶ Preterea nullus dubitat: posito φ aliquis imperator statuisset talē prescriptionem preeminentie imperialis lege: successor posset tollere: quia par in parem nō habet imperiū. c. innotuit. de elec. etiam si de prima lege non faceret mentionē. c. j. de consti. in. vj. Et sic posset nūc disponere impator sua lege: φ nō vult φ tales prescriptiōes valeāt: ꝛ hoc maxime in augmētū imperij qd est bonū cōe: pśertim qr nllus potest dicere: cur hoc facit. ar. c. cūcta. ix. q. iij. facit. c. quo iure. viij. dis. vbi. tolle iura impatoris: ꝛ nō erit hoc tuū/illud meum.

¶ Preterea dicit Marianus soccinus in d. c. cū cōtingat de for. compe. in. iij. colu. allegādo Bar. in duobus consilijs suis: vbi hoc notabiliter dicit. Illud dumtaxat potest prescribi: quod posset ille contra que3 prescribitur concedere: ꝛ transferre in prescribentem. Sed sic est φ imperator non posset facere/nec transferre potestatem supremam quā habet ad condendum legem in vniuerso: ꝛ cetera que sunt in signū supreme iurisdictiōis imperialis alicui: de hoc est tex. in. l. legatus. ff. de offi. presi. et si non in toto nec in parte. l. que. de. tota. ff. de rei vend. Item quia faceret monstrū in rerum natura: quia essent duo capita vnius corporis: et vt supra dictum est hoc habet a deo: et illud nec immutare/nec abdicare potest a se: sicut nec papa potest. Et sic nec prescribere aliquis potest.

¶ Preterea predicti electores Alemanie in electione imperatoris vtūtur vice totius vniuersitatis. vt p3 Jo. an. in addi. ad spec. in sepe allegato. ℣. Item quod obtentū. §. fi. in ti. de rescrip. presen. Et sic etiā vice omnium regum principū ꝛ cōmunitatū: et sic omes ipsi videntur eligere: quorum vice dicti electores eligunt: et sic in quali-

be electione vidētur fateri: ipsum habere
supremā potestatē super omnes: ex predi-
ctis apparet claritas et veritas cōclusiōis
catholice: et contrariū affirmātes dicunt
rebelles: et incurrūt crimē lese magestatis.
¶ Ad nonū argumētū dico: q̄ vt supra la-
Ad. ix. argum. tissime dictū est et probatū: presertim in se-
cunda principali questiōe huius scd'e par-
tis: papa non habet potestatē in tēporali-
bus supremā. Sed quia habet iurisdictio
nem et potestatem sublimiorē in sp̄ualib⁹:
et sp̄ualia sunt multo digniora tēporalib⁹:
a quib⁹ tēporalia recipiunt lumen: nec de
bent esse sp̄ualibus impedimento: sed po-
tius tenētur iuuare. c. quoniā. x. dis. ideo
papa pro spiritualibus tuendis tantū ac-
cessorie vtitur dicta potestate tēporali: ex
eo quia quo ad illum effectū spiritualium
et finem beatitudinis eterne impator nō
habet potestatem communem/ sed est per
sona priuata. Et ideo de necessitate papa
tali casu potest et debet intendere in tem-
porali: sine quo non posset spiritualia su-
stinere. c. si q̄s obiecerit. j. q. iij. Preterea
si imperator esset hereticus vel rebellis ec-
clesie (cum debet ei auxiliari) immo si ele
ctores essent similiter rebelles heretici vel
infideles: hac iusta causa potest mutare im
periū de gente in gentē: prout fecit quan-
do de grecis transtulit in germanos. c. ve-
nerabilē: et ibi glo. et doct. de elec. vel quā-
do imperator est manifestus peccator in-
corrigibilis/ et scandalum ponit inter infi-
deles. Ex cuius exemplo etiam auertun-
tur fideles a via veritatis: iuxta dictum di
uini Platonis: q̄les in republica princi-
pes sūt: tales solere esse ciues: exēplo christi
qui eiecit ementes et vendentes de tem-
plo Matth. xj. et Marci. xj. Et intendit
tunc in temporalibus christus: ne oratio-
ni essent impedimēto. Ita etiam papa de-
ponit hac de causa imperatorem. c. ad apo
stolice. de re iudi. in. vj. et etiam reges: vt
fecit de rege Francorum: nam ipsum pri-
uauit. c. Alius item. xv. q. vj. quia vt di-
cit ibi glosa: dissolutus erat cum mulieri-
bus: et hoc ratione peccati cuius cognitio
solum spectat ad papam. c. nouit. de iudi.
Et ideo impator non poterat ratione pec-
cati supra regem Francorum intendere:
sed papa. Et ita procedit dictum argumē-
tum et iura. Si autem in temporali pote-
state tantum tales reges essent negligen

tes: vel q̄ non bene gubernarēt prouinci-
as sibi subiectas: tunc talis cognitio spe-
ctat ad imperatorem/ et non ad papam p
supra dicta. Et dicit Bal. in. l. decernim⁹.
C. de sacr. sanct. eccles. et supra in hac que-
stione et precedenti est probatum. Et ita
debes intelligere dictū argumentū et ha-
bes cognitionem vtriusq̄ potestatis.
¶ Ad decimū argumentū responsio. Fa- Ad. x. argu.
tendum est q̄ ad contenta in dicto. c. j. de
forma fidel. tenetur dominus vassallo: et
sic etiam imperator: alias est in culpa: et
posset vassallus dicere/ cum tu nō me tra-
ctas in senatorē: nec ego habebo te in im-
peratorem. d. c. esto. xcv. dis. et d. c. j. de for
ma fidel. Sed aduerte nam anteq̄ hoc va
leat dicere aliquis rex vel alius quicunq̄:
oportet cōstare q̄ imperator est in culpa:
vt est tex. et ibi notant Bal. et Jacobus al
barotus in. c. ex facto. qualiter do. proprie
tate. priue. in libris feudorū: in tantum q̄
licet notoria et euidens sit culpa: nihilo-
minus requiritur sententia priuatiua. sed
hic non apparet talis sententia contra im
patorē in ei⁹ curia lata: vel forsan per vni-
uersitatem totius orbis. Sed etiam posi-
to q̄ apperet de tali sententia: illa proce-
deret contra talem imperatorem dumta-
taxat: non tamen contra eius successorem
vel imperium. Preterea dico: q̄ hodie di
ctum argumētum posset retorqueri in cō-
trarium: quia multi reges et principes no
lunt q̄ super contentis in dicto. c. impera-
tor intendat: nec super contentis in dicto
argumento. Et forsan quod deterius est/
ei non obedirent: et propterea inciderent
in laqueum rebellionis: vt supra diximus/
et Bal. in. d. l. decernimus. C. de sacr.
sanct. eccle. et Bar. in. d. extrauagāti. quo-
niam. §. ex tenore. Uel etiam dico: q̄ licet
imperator in orbe vnus est princeps supe-
rior in tēporalibus: tamen prouincie sūt
plures. c. scitote. vj. q. iij. Et sic etiam plu
res principes in pluribus prouincijs sub
imperatore: qui curam habent ministran
di iusticiam quilibet in suo regno sibi sub
dito. Et hoc vt supra dictum est habent ab
antiquo exercentes merum et mixtum im
perium: siue ex priuilegio imperatoris/ vel
alias ex consuetudine prescripta/ vel pre-
scriptione: vt per doctores in dicto. c. cum
cōtingat. de fo. cōpe. et c. licet ex suscepto.
eo. ti. et Bar. in. l. hostes. ff. de cap. cum si.

Et imperator hoc tolleret propter bonuꝫ publicum: ꝙ tam per leges imperiales ꝙ̄ etiā per iura propria dictorū regnorū per eos iusticia ministretur: licet in multū ardius sit semꝑ recurrēdū ad imperatorē. l. j. C. de leg. ⁊ ne mireris ꝙ in dictis regnis vel prouincijs finiantur lites: quia videmus etiam in illis regnis et sub vno rege in diuersis partibus regni lites finē accipiunt: vt in Gallia sunt parlamenta: Parisius/⁊ Tolose/⁊ Burdegalis. Et in hispania sunt cancellarie in Uallioleto/Granate/Aragonie/Nauarre/Ualētie: ⁊ pluribus alijs locis sub vno rege lites finiuntur: tamen ab vno parlamento ad aliud: vel ad regem non appellatur: eodem etiā modo nec ad imperatorē: licet si imperator videret ꝙ res publica alicuius regni/vel prouincie non bene gubernatur. Posset ⁊ debet descendere/⁊ videre corrigere: ⁊ incorrigibilē regem regno priuare: vt supra dictum est: ⁊ ipse est iudex super omēs: et nullus eum iudicare potest in temporalibus. c. cuncta per mundum. ix. q. iij. ⁊ ff. de here. insti. l. ⁊ hoc Tiberius. Et sic imperator est iudex omniū mortalium in tēporalibus. Et ipsi soli arbitrium rationis naturalis ad legem condendam in vniuerso orbē: ⁊ eam executioni tradendam per se et suos deus commisit: et est eius vicarius in terris in temporalibus: et nullus supra eum.

Respō. ad. xj. argum.

¶ Ad vndecimū argumentū responsio. ꝙ papa approbat imperatorē: et potest eum repellere. c. venerabilem. de elec. ⁊ c. ad apostolice. de sent. ⁊ re iudi. ⁊ hoc propter peccatuꝫ: cum imperator sit et debeat esse catholicus et sic membrum ecclesie. Sed Romanus pontifex est caput in spiritualibus: et nullus ipsum iudicat. d. c. cuncta per mundum. ix. q. iij. Et ita papa decernendo imperatorem non esse catholicum: et sic non esse de corpore mystico fidelium: in cōsequentiā iam repellitur ab imperio ratione peccati manifesti et scandali in ecclesia dei: que est congregatio fidelium: ita loquūtur iura in contrarium allegata: in meris temporalibus papa nullam habet potestatem super imperatorē: nisi ꝙ ipsum approbat: cuꝫ hoc intersit ecclesie et debet ei auxiliari. c. quoniam. x. dis. cum si. Et sic non obs. d. c. per venerabilem. qui fi. sunt legi. quia papa non determinat ibi aliquid. Et supra in responsionibus ad septimū et octauū argumentum multipliciter ad. d. c. per venerabilē. responsum est. Item papa non posset quē eximere ab imperatore etiam cum imperatore: ⁊ sic iunctim vel diuisim: nam imperator habet imperium a deo: ⁊ sic est caput corporis/idest vniuersitatis humanorū a cuius vnitate non potest quis separari: tū quia essent duo capita/et sic monstrum in natura. d. c. quoniā. de offi. ord. tum quia esset contra dei et eius ecclesie determinationem: quod fieri nō potest: tum q̇a non esset pars corporis societatis humane: et sicaut necꝫ aut plus ꝙ̄ homo scḋm Philosophum primo politicorū: et est quid indiuiduū imperium: et per plures rationes: et iura in hac questione: tum in fundamētis conclusionis: ꝙ̄ in responsionibus ad argumenta deducta apparet. Et sic licet vt dictum est: papa posset in totum priuare imperio imperatorem: vt quia est hereticus/vel alia causa iusta. d. c. ad apostolice: non tamen posset aliquem eximere ab imperatoris potestate.

Ad. xij. argum.

¶ Ad duodecimum argumentum respondendo dico. Rationes in eodem argumēto allegate tendunt ad hoc: videlicet ꝙ romanus pontifex est maior et supremus in temporalibus. Et ideo licet imperator habet potestatem temporalem eam habet a summo pontifice/vel saltim a deo mediante papa: et ꝙ etiam reges habent similiter hanc potestatem a deo mediate vel immediate: ⁊ ideo vbi non constat ꝙ dicti reges fuerint aliquādo sub imperatore: iure dicuntur exempti ab imperatoris potestate. Sed ad hoc poteris respondere multipliciter. Primo si hoc esset verū non esset aliqua differentia inter imperatorē et reges. Sed hoc dicere est hereticum: quia ecclesia tenet contrarium: ꝙ vnus est imperator: qui significatur per luminare minus. c. solite. de maior. et obedien. et per plura fundamēta: que supra in hac questione diximus: tam in illis tredecim fundamētis: ꝙ̄ etiam in responsionibus ad argumenta hoc stat probatuꝫ in prima questione ꝑncipali. Preterea scḋo ꝙ papa nō habeat illā potestatē tēpalē pricipaliter/⁊ ad finē btitudinis tēpalis: ad quē tēdit hec potestas tēporalis actu/imo nec habitu: supra latissime in secūda q̄stione ꝑncipali

per totum in hac scđa parte probauim⁹: re-
spondēdo ad auctoritates ⁊ argumēta in
contrariū facta. Preterea et tertio specia-
lius poteris dicere: ꝙ licet in dicto. c. oēs.
xxij. dis. ⁊ extrauagan. bonifacij octaui: qđ
incipit: vnā sanctā / dicat: ꝙ petro ⁊ succes-
soribus iura terreni ⁊ celestis imperij per
xp̄m fuerunt cōmissa: vltra predicta dic: ꝙ
illud dictum debet intelligi sic: quia terre-
num imperium pape est ecclesia militan⁹:
que est congregatio fideliū: hoc est quod-
cunq̄ papa soluit / vl' ligat in hoc imperio:
erit solutū / vel ligatū in celesti imperio: q̄
est ecclesia triūphās. c. vt cōstitueren tur.
l. dis. non intelligas iura terreni / idest tē-
poralis potestatis: hoc est ad finē beatitu-
dinis humane: vt supra in scđa questione
principali huius scđe partis satis est dictū:
presertim quia sic intelligere esset contra
preceptū diuinū: quia oporteret ꝙ illa cō-
missio celestis et terreni imperij in vtraq̄
potestate esset equalis. l. nam hoc iure. ff.
de vulg. ⁊ pupi. subsi. vbi quando vna de-
terminatio determinat duo determina-
bilia / pariter ea debet determinare. Et sic
esset dicendum ꝙ papa habeat actu et ha-
bitu potestatem temporalem / sicut habet
spiritualē: quod est contra preceptū chri-
sti: quia dixit. Mitte gladium in vaginā:
noluit enī ꝙ vteretur illa animaduersio-
ne in facinorosos homines: quod est im-
perium temporale. l. imperium. ff. de iu-
ris. omi. iudi. Et hoc etiam tenent omnes
doctores; etiam illi qui dicunt ꝙ papa ha-
bet illam potestatem temporalem habitu
tantum; licet in secunda questione princi-
pali huius secūde partis conclusimus: ꝙ
nec eam habet habitu: quomodocunq̄ sic
illi. tex. in d. c. omnes. ⁊ in. d. extrauagā.
non possunt intelligi de temporali pote-
state: sed vt supra diximus. Uel etiam re-
sponde aliter: videlicet ꝙ habet iura impe-
rij terreni accessorie vtendo terreno impe-
rio. c. si quis abiecerit. j. q. iij. Uel etiam
poteris dicere ꝙ vtitur potestate tempora-
li ad finem spiritualium et beatitudinis
eterne: exemplo christi / qui eiecit emen-
tes et vendentes de templo. Matth. xj. et
Marci. xj. Preterea intelligere aliter /
non solum est contra preceptum dei: quia
prohibuit exerciciū gladij tēporalis: imo
etiam cōtra determinationē ecclesie. d. c.
solite. ꝙ sint duo capita, vnū maius scilicet
papa in spūalibus. et aliud minus scilicet
imperator in tēporalibus: quod non esset
si papa esset supremus in tēporalibus. Itē
ratione finis: quia dicte potestates videli-
cet spiritualis ⁊ temporalis sunt ad diuer-
sos fines. Itē quia iste potestates pape et
imꝑatoris ponunt tanq̄ diuerse: in auct.
quo. opor. epis. col. j. ⁊. c. duo. xcvj. dis. et
vna aliam debet iuuare. c. quoniā. x. dis.
⁊. c. cū ad verū. xcvj. dis. ⁊ sic etiā papa in-
uocat brachiū seculare: dum opus est. c. j.
de offi. ordi. cum si. Et hoc etiā dicit Ma-
rianus soccin⁹ in. c. licet ex suscepto. de fo.
compe. ꝙ vacantibus regnis eorū qui re-
cognoscunt superiorē: etiam eorū qui asse-
runt non recognoscere superiorē: ꝙ iuris-
dictio debet reduci ad summū generalem
administratorē in tēporalibus: qui habet
iurisdictionē vniuersalē in temporalibus
videlicet ad imperatorem: ⁊ dat rationem
videlicet ne detur perturbatio iurisdictio-
nis: et pluralitas principatū. Et sic nunc
intelliges d. c. omnes. et extrauagans bo-
nifacij octaui: quod incipit. vnā sanctam.
quāto magis quia si tēporalis iurisdictio
esset penes papā: posset illū ad libitū reuo-
care ab imꝑatore. c. sup questionū. de offi.
deleg. ⁊. l. iudiciū soluit. ff. de iudi. sed hoc
facere nō potest: vt dicit tex. in. c. licet ex su-
scepto de fo. cōpe. Et ibi Marianus socci-
nus dicit in primo not. ⁊ omnes in hoc af-
firmāt. Et p hec ⁊ plura alia q̄ in p̄ma scđe
⁊ hac tertia q̄stio. principalibus diximus:
apparet ꝙ imꝑator solus est supremus in
potestate tēporali. Et hoc idem affirmant
oēs doct. quia dum asserūt: ꝙ aliqui re-
ges prescripserūt hāc exēptionē: ergo pre-
supponūt ꝙ pri⁹ erant sub imꝑatore. Sed
ad eoꝝ argumentū stat responsū supra in
hac q̄stiōe. in respōsionibus ad septimū ⁊
octauū argumēta: nec apparet ꝙ aliquis
a principio quādo deus approbauit impe-
rium non esset sub imperatore: immo po-
tius probatur contrarium: ꝙ omnes erāt
sub eo. Luce. ij. Exije edictū a Cesare au-
gusto: vt describeretur vniuersus orbis: er-
go nullus erat eo tempore exemptus: ⁊ sic
nec nunc vt supra dictū est. Item sufficit ꝙ
est cōstitut⁹ imꝑator toti⁹ societatis huma-
ne: q̄a illico oēs debent ei obedire. Pre-
terea ille textus in dicto. c. oēs. xxij. dis.
⁊ tota illa diffinitio loquitur de spūali po-
testate ⁊ de ecclesijs: qualiter Romana ec-

clesia est sup oēs alias ecclias: et qd de alijs ecclesijs. De tēporali eni potestate in nulla parte fit mentio in d. dis. Et sic sm materiam debet intelligi ille tex. dum dicit celestis et terreni imperij iura: cum alias nō posset aliquis intellectus iure diuino/vel humano/aut ratione naturali sustineri. Et ita dictū argumentū nō obstat: sed potius per supradictas respōsiones cōfirmatur conclusio catholica.

Respō. ad. xiij. argum. ¶ Ad tertiū decimū argu. Rñsio. Supra vidisti p plura media et rationes et auctoritates scripture diuine canonice et humane cōclusionē catholicam corroboratā: ita q si aliquis est rebellis impatori per aliquē de quinqꝫ modis positis per Bar. in glo. sup. ꝟ. ex tenore. in extrauagan. quoniā q sint rebelles: incidit in crimē lese mages. et procedit contra eum imperator: vt per Bal. in. d. l. decernimus. C. de sacr. sanct. ecclesi. Et ita debent intelligi dicta iura: scilicet. l. non dubito. ff. de capti. et. l. mercatores. C. de comer. et merca. et vt ibi dicit glo. Licet tempore illarum legum nō erat sub obedientia imperatoris ille rex Persarum: tamen Justiniani impatoris tempore redactus est sub imperio. text9 est in auc. de her. et fal. coll. j. Et sic ille leges cū. d. auct. probant conclusionē catholicā: q licet nūc sint multi reges/ presertim infideles rebelles imperio: tamen potentissimus et sacratissimus Romanorū rex Carolus iure potest: et faciet auxilio diuino reducere quoscunqꝫ rebelles in toto orbe terrarum ad sui imperij obedientiam. Et in eo quod dicitur in. d. arg. q papa tollerat eos: quos non permitteret/ si deberēt imperatori obedire: quia essent in peccato publico: prout fecit de alio rege Frācorum. d. c. alius. Item. xv. q. vj. et q aliqui reges fuerunt canonizati: quod non fuisset si obedientiā deberent imperatori: qa in nō obediendo esset in peccato. Sed dic q papa super infideles nihil potest facere vt supra dictum est. Sed respectu fideliū non est credendū: q tales reges essent in proposito non obediendi imperatori et ecclesie. Et vt dicit textus in. c. quoniam. x. dis. Una potestas scilicet: spiritualis debet alteram iuuare: videlicet temporalē: et viceuersa temporalis spiritualem. Unde dicit Marianus succinus. in. c. licet ex suscepto. de foro competenti. per dictum c. quoniā. q si quis de facto non recognoscit imperatorē in superiorem: q tunc papa non succedit: sed debet iuuare imperatorem: vt recognoscatur in dominū. Sed vt diximus supra in responsione ad. x. argu. non est notoriū q reges nō obediant imperatori: presertim quia quando rebellio esset notoria: requiritur sententia: vt per. Bal. et iac. alb. in. d. c. de forma. fid. in libris feudorū: et sic papa non posset contra eos procedere ante sententiam. Et ita tollerare debet: non presumere quod aliquis sit rebellis. Sed quo ad dictos reges sanctos est dicendum: quod ipsi habebant bonum propositum obediendi imperatori: si ab eo fuissent reqsiti. Et non possunt dici rebelles: ex eo quia vtuntur tales reges mero imperio in suis regnis: quia hoc possunt iure facere vt supra diximus priuilegio vel consuetudine: sine preiudicio tamen superioritatis/siue supreme potestatis ipsius impatoris: vide in responsione ad septimū et octauū et decimū argumentum. Unde leguntur iura imperatoris in dictis regnis: et cause per eas deciduntur Et sic non essent in peccato dicti reges canonizati et alij tenentes rectam intentionem in imperatorem/ et ecclesiam: dum tamen habeant propositum obediendi eidē imperatori quotiens ab eo fuerint requisiti. Et hoc modo debet intelligi. Bar. in d. l. hostes. ff. de capti. et. l. j. §. fi. ff. de aq plu. ar. et doct. in. d. c. cum contingat. Et per hec non obstat dictum argumentum. Et sic remanet conclusio catholica vera. et qui contrariū tenet est suspect9 de heresi.

¶ Postq predicta scripsit auctor huius operis vidit cōsil. Old. qui tenet contra conclusionem catholicā.

Sed postq predicta scripsi: cum in curia imperatoris me dictam conclusionē catholicā tenere retulissem: quidā in iuribus doctor celeberrimus imperatoris cōsiliarius interrogauit. An consiliū Old. viderim: in quo hanc materiā disputat: et ꝯtrariū ꝯcludit. Quē oēs doctores sequunt. cui retuli nō vidisse: sed me. d. ꝯsil. deo dāte visurū: et respōdere dictis Old. pollicit9 fui. Quo nūc lecto intellexi dictū ꝯsiliū amaritudine stare plenū: et ob ignorātiā principiorū esse fabricatū: ob cui9 venenū in orbe seminatū ad infima qples descendisse: humanāqꝫ societatem indies

magis in beteriora declinare: et infra di-
cendis ostendetur.

Hic inci-piūt ar-gumē. Old. cō tra pcē. cathol.

¶ Nunc ergo veniendo ad dicta in eodez
consi. qđ est. lxix. in ordine: in principio q̄-
busdā paucis satis q̄ leuibus pro imperatore
in mediū deductis/ dicit: oportere se altꝰ
hāc materiā exordiri. Et sic assumit q̄ ius
est nomen generale multas sub se ꝑtinēs
species. C. omnes. §. est aūt. cum. c. se quē.
j. dis. quia aliud est diuinū/ aliud vero hu-
manū. Et iusꝰ diuinū continet legem vete
rem et nouā: sed de lege veteri non inue-
nit q̄ imperator habeat dominiū in orbe
quia imperiū processit: quando imperiū
Romanorū incepit: et populus in eū trās-
tulit suam potestatem. l. ij. ff. de orig. iur.
Sed deus est dn̄s omniū. Gen̄. c. ij. et ab
initio per se ip̄m exercuit iurisdictionez: et
penā trāsgredientibꝰ eiꝰ precepta iposuit.
genesis. c. iij. q̄a expulit Adā de paradiso:
et multos alios puniuit. Et ꝑpter hoiez
tanta creauit. l. in pecudū. ff. de vsur. ⁊ ea
sibi cōcessit, vt in Ps̄. Celū celi dn̄o terrā
autem dedit filijs hominuz. Sed cum cō-
munio discordiam parit. l. cum pater. §.
dulcissimos. ff. de le. ij. voluit q̄ occupan-
ti concederetur. deut. c. iij. Et de lege ista
permissa fuerunt regna: vt patet in dauid
saule ⁊ salomone: ⁊ pluribus alijs appro-
batis a deo. de sacr. vnct. c. j. §. Unde vete-
ri. ⁊ prouer. c. viij. Per me reges regnāt. ⁊
in Ps̄. Deus iudiciū tuum regi da. Sed
non inuenitur de imperatore q̄ fiat men-
tio: nec illo tempore fuit imperium: sed po
stea vt dictū est incepit. Itē dicit q̄ nec le-
ge euangelica aliquid inuenit: per qđ vi-
deatur imperium approbatū/ licet fuerit
post imperium: sed de regibus sic: vt habe
tur. j. petri. c. ij. Deū timete regem honori
ficate. et illud: subditi estote omni huma-
ne creature: siue regi ⁊c. c. Solite. de ma-
ior. ⁊ obe. imo dicit q̄ ꝑ xp̄m om̄es monar
chie fuerūt destructe/ ⁊ etiā reprobate: ip̄e
enī est lapis sine manibꝰ abscissus: qui sta-
tuam percussit in pedibusꝰ ⁊ contriuit: per
quā statuā ille quattuor monarchie figu-
rantur: scilicet. Assiriorū/ Persarū/ Greco
rum/ ⁊ Romanorū: vt habetur danielis. c.
ij. Et merito quia omnes monarchie per
tirannidē/ et vsurpationē inceperunt: dignū
enī fuit vt propter iniusticiam de gente in
gentem regnum trāsferetur. eccl. c. x. et fa
ctū est regnū huiusꝰ mundi domini nostri
et christi eiꝰ filij: ⁊ regnat in secula. apoc.
c. xj. Et sibi est data omnis potestas in ce-
lo ⁊ in terra. Math. c. vlti. vt impleatur il-
lud ezechielis. c. xxxvij. Faciam eos gentē
vnā: ⁊ erit vnꝰ rex oibus imperijs. Et ad
illud Math. xxij. Reddite q̄ sunt Cesaris
cesari. Respondet: q̄ viso imagine cesaris
precepit dare qđ suū erat: vel forte scanda
li vitandi causa. Math. xviij. ⁊ xxviij. q. j.
c. iam nunc. ex quo apparet monarchiam
et dominiū imꝑatorē ꝑ vim ⁊ tiranniā obti
nuisse: q̄a cū ꝑmū fuerint ꝑmissiōe diuina
ꝑ reges occupata ista regna: ⁊ distincta re-
gna ⁊ sic etiā regesꝰ instituti: ⁊ aliq̄ per dn̄i
volūtatē. Et habet. j. dis. c. ius gentiū: nō
licuit imꝑatori ea dn̄is suis auferre. Et si
bi appropriare: prohibente lege naturali:
qđ tibi non vis alteri non facies Math.
vij. di. j. c. j. nec licuit transgredi terminos
quos posuerūt patres nostri prouer. c. xxij
in fi. ⁊ de sepul. c. j. qui terram diuiserāt:
vt apparet in loth ⁊ abraham: et sic cū pec-
cauerit ea inique illicite occupādo non di
mittitur peccatū: nisi restituatur ablatuz
c. peccatū. de reg. iur. in. vj. Et cum teneaꝰ
ad restitutionē. dol. petit. quod restituru
est. immo nec possessio nec detentatio sibi
restitueretur: etiam si constaret eum pos-
sedisse/ ⁊ spoliatum fuisse: quia non soluz
presumptio iuris est contra ip̄m: sed q̄ oc-
cupauit ea iniuste: et sic non esset sibi fien
da restitutio. c. ad decimas. de resti. spoli.
in. vj. imo est notoriū iuris qđ in suis iuri
bus cōtinetur: qđ per violentiā habuit. l.
ij. ff. de orig. iur. Si vero loquamur de iu-
re humano: dicit ip̄e/ q̄ istiusꝰ iuris plures
sunt species: ius naturale primeuū/ ⁊ ius
gentiū/ ⁊ ius ciuile/ ⁊ est ius canonicum.
ff. de iusti. ⁊ iur. l. j. §. pe. ⁊ fi. ⁊. l. ius ciui-
le. ⁊. iij. dis. in ꝑn. Et de iure naturali pri-
meuo non sunt regna nec imperiū: q̄a idē
ius consistit in oibus animalibus q̄ irra-
tionabilibus tam rationabilibus cōmu-
nia sunt: vt est maris et femine cōiunctio/
liberorum procreatio. ff. de iusti. ⁊ iur. l. j.
§. ius naturale. de iure gentiū: quod etiaz
naturale vocatur. insti. de re. diui. §. sin-
gulorū. quia naturali racione est introdu
ctum. j. dis. ius naturale ea que in nullius
bonisꝰ sunt occupāti cōcedūtur. ff. de aqui.
re. do. l. qđ eniz. Et de iure isto per occupa
tionē distincta sunt dominia ⁊ regna con
dita. ff. de iusti. ⁊ iu. l. ex hoc iure. Et sicu

de iure isto fuerũt reges: sed imperatores de iure ciuili: q̄a per populũ Romanũ. d. l. ij. ff. de orig. iur. Reges habent titulũ iustiorē: cum iure quodāmodo naturali: qđ diuina prouidētia constitutũ est: semꝑ firmũ ac stabile perseuerat: insti. de iur. nat. §. qđ vero. ⁊ antiquiorē. insti. de re. diui. §. singuloꝝ. Preterea est sciēdũ dicit ipse: ꝙ ius ciuile dicit̄ ius propriũ cuiuslibet ciuitatis. insti. de iusti. ⁊ iur. l. oēs. Sed si ius ciuile cuiuslibet ciuitatis consideramus: de illo non est dubium: quia multe ciuitates ⁊ reges fecerunt leges constitutiones: ꝙ nō subessent imperatori. Et inter alias hispani fecerunt vnā: ꝙ quicũꝗ allegaret legem imperialē in iudicio: capite puniatur. De iure ciuile Romanoꝝ nō est curandũ/dicit ipse: quia non debet credi his: quoꝝ repellerent̄ auctores. de heretici. c. fraternitatis. ⁊ de testibus. c. licet quidā: nec plus debet credi mortue voci ꝑncipis ꝙ viue: nā leges sũt mortue voces principis: ipse aũt est viua vox. in auct. de consul. §. fi. col. iiij. Et sic cum populo Romano/vel imperatori si hoc diceret nō crederetur: quia in facto proprio/in qua nullus idoneus testis inuenitur. ff. de testi. l. nullus. Et posset sibi dici: testimoniũ tuũ non est verum: ⁊ cur testimoniũ perhibes de te. Item nec de iure canonico dicit ipse ⁊ respondet ad. c. in apibus. vij. q. j. ⁊ ad c. conuenior. xxiij. q. viij. ⁊ ad. c. quo iure. viij. dis. ⁊ ad. §. hoc si quis. xj. q. j. ⁊. c. facturā. xxij. q. ij. ⁊ ad. §. imꝑatores. xj. q. iij. ⁊. c. q̇ resistit. xj. q. iij. ⁊. c. querit: ⁊ ad. c. ꝑ venerabilē qui. fi. sunt legi. dum dicit: ꝙ de facto non recognoscit: ergo bene de iure. ⁊ sic cōcludit. et etiā aliqua alia inania verba dicit q̄ nō faciũt ad casũ.

Hic incipiunt respōsi. ad allegata ꝑ Old. et corrob. validissime cōclu. cathol.

¶ Sed q2 sicut ꝑ ora imꝑatoꝝ deus leges iustas humano generi distribuit. c. quo iure. viij. dis. cũ si. ita inimicus humani generis per os Old. zizaniam in mundo seminauit. Sed vt ille serpens antiqu⁹ eijciatur foras: ad hoc vt societas humana in tranq̇llitate ⁊ pace viuat. Primo ignorātiam dicti cōsultoris ostēdemus. Deinde eiusdē dicta refellendo validissimis argumētis cōclusionē nostrā catholicā magis corroborabimus. Et primo vt eius ignorantia omnibus sit nota: vides qualiter diuidendo ius humanũ a diuino inter iuris humani species posuit ius naturale.

Deinde dicit ius naturale diuina quadā prouidentia constitutũ semper firmum ⁊ stabile manet. insti. de iur. natur. §. qđ vero. si ergo est cōstitutũ diuina prouidētia: ⁊ ideo est imutabile: sequit̄ qđ non est humanũ ius sed diuinũ: q2 ius humanũ mutari per tempora iuste potest: vt diximus in prima ꝑte in. viij. questione quarte ꝑncipalis questionis: ergo apparet etiam ex eius dictis ꝙ ius naturale non est ius humanũ. Preterea ipse allegat pro se. l. j. ff. de iusti. ⁊ iur. sed ibi in. §. ius naturale. dicit tex. ꝙ ius naturale est quod deus cuncta animantia docuit: et sic nō est species humani iuris: sed est ius diuinũ quod est fundatũ in ratione diuina: vt dictum est supra in prima parte scđa questione. ⁊. ix. tertie principalis questionis: ⁊ per totam illam questionē tertiā principalem: ⁊ in secunda questione principali prime partis. imo non solum ius humanũ deriuatur a dicto iure naturali: vt diximus in quarta ⁊ sexta questiōibus quarte principalis q̄stionis prime partis. Sed etiā ius diuinũ scriptũ: vt dictũ est supra. in. xj. ⁊. xij. questionib⁹ tertie principalis q̄stionis in prima parte. Et sic apparet idem Old. ignorauit principia: imo etiam ius canonicũ est potius diuinũ q̄ humanũ: vt dictũ est in ꝑma parte/scđa ⁊ q̄nta questiōib⁹ principalib⁹: ⁊ in his ad dicta in predict̄ questionibus: vbi late scripsi breuitatis causa me remitto. Sed vt manifestius dicti cōsilij venenũ diuisionis a societate humana euellamus: oportet non solum altius/sed verius exordiri: nam ius naturale nō consistit pariformiter in oībus animalib⁹ rationalibus/⁊ irrationalibus: prout dicit ipse Old. ⁊ male: ⁊ sic nō intellexit tex. quē allegat. in. d. l. j. §. ius naturale. ff. de iusti. ⁊ iu. e. vt diximus supra in ꝑma parte in. iiij. vj. ⁊. vij. q̄stionibus tertie principalis q̄stionis: ad q̄s breuitatis causa remitto: quia vt ibi cauetur maris ⁊ femine cōiunctio nō est cōmune omnibus animātibus. Item scđo errauit: q̄a ius illud naturale secundum tertiam inclinationē quodā excellentiori modo participat̄ homini q̄ alijs animantibus: quia intellectualiter/et rationabiliter homini: sed non ita alijs animalibus. Unde cũ ius naturę fuerit ab exordio rationalis creature c. fi. §. his itaq3. vj. dis. ⁊. §. singuloꝝ. insti.

de re. diui. ꝛ prin. ꝛ p̄ncipiū cōmune eius-
dē iuris naturalis in creatura rationali
fuerunt dilectio dei et proximi: vt supra in
prima parte: decima tertia q̄stione tertie
principalis q̄stiōis dictū est; hinc est qḋ cū
in primo illo statu charitas magis ferue-
ret in hoīe: oēs hoīes in cōmuni viuebant
⁊ erant omnia cōmunia. c. ius naturale. j.
diſ. ⁊ d. c. q̄ iure. viij. diſ. et sic eo tēpe erat
imperiū in cōi inter oēs gentes. ex eo q̄
tunc ratio hominis non erat ita obscura-
ta: sed postea crescēte malicia hominū: et
multiplicatis indies peccatis fuerunt fa-
cte cōstitutiones in statu secūdo: quod ius
gentiū dicimus: vt in auct. qui. mo. nat.
effi. sui. §. natura. Et tunc propter iniqui-
tates fuit inuenta distinctio dominiorū:
videlicet hoc meū / illud tuum. c. dilectissi-
mis. xij. q. j. Et illo iure etiam distincta re
gna. l. ex hoc iure. ff. de iusti. ⁊ iur. Et sic li
cet illo iure gentiū essent distincta regna:
tamen erat ius gentiū qḋ inter omnes gē
tes per eque custodiebaẜ. insti. de iur. nat.
§. quod vero naturalis ratio inter omnes
gentes cōstituit: id apud omnes gentes p
eque custoditur: vocaturq̄ ius gētiū quo
omnes gentes vtuntur. Cum ergo eo tē-
pore essent reges: tamen illud ius non est
constitutū p regē aliquē particularē. Sed
per superiorē regem: quia illud ius etiam
reges ligabat: alias non custodireẜ p eque
apud omnes gentes: ⁊ sic illud ius consti
tuebatur per omnes: aut per aliquos re-
ctores seculi qui vices omniū gentiū gere
bant. Et hoc est quod dicit tex. in d. c. quo
iure. viij. diſ. quē pro se idē Old. allegat ⁊
nititur extorquere. Sed ego induco illuz
tex. sic dicit Augustin' ibi: iura aūt hūana
iura imperatorum sunt: quare quia ipsa
iura humana per imperatores et rectores
seculi de' distribuit hūano generi: et sic vi
des q̄ illa iura hūana q̄ p imperatores ⁊ re
ctores scli deus distribuit hūano generi /
sunt iura imperatorū. Ex quo primo infertẜ:
q̄ imperator est approbat' a deo: et sic de-
us per os imperatoris tanq̄ eius vices ge
rentis dat ius humano generi. Secundo
infertur q̄ societas generis humani habet
ius in cōmuni / et etiā legislatorē cōmunē.
Sed non potest intelligi hoc de regibus:
de quibus loquiẜ ipse Old. in suo cōsil. q̄z
quilibet eorū habet suum regnū distinctū
particulare: et ius alicuius dictorū reguz

nō extenditur fines sui regni: quia est pro
prium ius talis regni. insti. de iur. nat. §.
sed qḋ quisq̄ populus: et sic necessario di-
cendū est q̄ imperator est ille legislator cō
munis omniū. Tertio infertur / q̄ iura q̄
p illos rectores seculi de' distribuit gene-
ri humano nunc sunt iura imperatoris: me
rito imperator potuit dicere. in. l. ij. C. de
vete. iur. enu. §. omnia nostra facimus: q̄a
ex nobis eis impartitur auctoritas: ⁊ per
hoc apparet q̄ illi rectores seculi non erāt
reges particulariū regnorū. Et si dicatur
q̄ ibi in d. c. quo iure, fit mentio de regib'
vt idē Old. asserit: q̄ ius hūanū in legib'
regū inueniẜ poteris respondere duplici-
ter: p̄mo quia quilibet rex facit ius huma
num in suo regno: sicut quelibet ciuitas:
sed ius cōmune generis humani in cōmu
ni ad imperatorē pertinet. Uel etiam ali-
ter dico: q̄ potuit esse q̄ anteq̄ imperator
esset / fuissent nominati per omnes gētes
aliqui reges siue rectores ad condendū le
gem in cōmuni inter omnes gentes: hoc
est pro tota societate humana. Sed illa iu
ra nunc sunt imperatorẜ: in quo consistit
regimen generis humani in genere: ⁊ hoc
est quod vult ibi text' / q̄ iura humana iu-
ra imperatorū sunt. Item tolle iura impe
ratorẜ: ⁊ q̄s audet dicere: hec villa est mea
meus est iste seruus: mea est hec domus:
Ex quo apparet q̄ cū dominiū de iure gē-
tium sit introductū. d. l. ex hoc iure. ff. de
iusti. ⁊ iur. illud ius gentium nunc est ius
imperatoris: alias sublato iure imperato
ris non tolleretur dominiū: cuius contra
riū dicit ibi Augustinus. Et sic inferūtur
duo: primū / q̄ auctoritas iuris gentiū est
penes imperatorem: cuius leges debent
apud omnes gentes pereque obseruari.
Scḋm est qḋ iura gentiuz / sunt iura toti'
generis humani: et nunc illa sunt impera
toris. Uel tertio poteris dicere / q̄ impera
tores etiā aliquando vocanẜ reges. Ideo
pro intelligētia toti' materie quia de im-
peratore ⁊ rege fit mentio. Rex diciẜ ideo
quasi se ⁊ alios virtutibus regens, ita di-
cit tex. Hieronymi: in. c. duo. xij. q. j. ⁊ di
citur a rego regis: a recte regendo. c. regu
la. iij. diſ. Et ideo primū deus dicitur rex:
vt in proemio decretaliū. Et ita etiā dicit
Iacobus albarotus in. c. j. in prin. de his
qui feu. dar. pōt. ⁊. c. j. de no. for. fide. et
de pace tene, in p̄n, q̄ imperator etiam vo

cat rex: presertim ante coronationẽ ⁊ consecrationẽ: vt in. c. venerabilem. de elec. ⁊ Otto imꝑator similiter appellat se regẽ. c. tibi dño. lxiij. dis. Et hoc patet in epl̃a inter claras. C. de sum. tri. ⁊ fi. catho. vbi in ꝟ. patet igitur in vobis impletũ fore/quod scripture loquũtur. Per me reges regnãt: et sequenti. ꝟ. Cor regis in manu dei est: vbi illud verbũ rex/appropriatur imperatori. Sed ꝙ imperator possit vocari rex: ⁊ imperator: probatur per ius diuinũ in testamẽto veteri Danie. ij. c. vbi Nabuchodonosor regi dixit: tu rex regũ es: ⁊ deus celi regnũ ⁊ fortitudinẽ et imperiũ et gloriam dedit tibi: et omnia in quibus habitãt filij hominũ ⁊c. Et sic patet ꝙ illa monarchia Assiriorũ que in Nabuchodonosor consistebat/nõ erat per tirannidẽ: vt dicit idem Old. sed a deo quia deus dedit sibi: vt dicit propheta Daniel ibi: ⁊ sic verificatũ est exemplũ Augustini: dũ dicit. Si populus sit bene moderatus ⁊ grauis cõmunisq; vtilitatis diligẽtissimus custos: recte lex fertur: qua tali populo liceat creari sibi magistrat⁹: per q̃s respublica administretur. Porro si paulatim idem populus deprauatus habeat venale suffragiũ. ⁊ regimẽ flagiciosis sceleratisq; cõmittãt: admittitur tali populo talis potestas dãdi honores: et ad paucorũ bonorũ reddit arbitriũ: merito ergo cum gentes pro maiori parte essent flagitiosi et proni ad malum. d. §. natura. in auc. qui. mo. nat. effi. sui. illud imperiũ quod erat penes omnẽ societatẽ humanã: fuit redactũ per deum in monarchiã vnius/videlicet nabuchodonosor. Et sic auctoritas testamenti veteris allegata per Old. pro se condemnat ipsũ. Et si post nabuchodonosor erat aliud regnũ consurgendũ: deinde tertiuz: postea quartũ: hoc veniebat propter iniusticias/ iuxta illud dictũ eccles. c. x. propter iniusticiam de gente in gentẽ regnũ transferret. Et sic licet habeãt potestatẽ illã/nõ tirannice/sed a deo: tamen si iniusticias faciũt/ transfertur regnũ de gente in gentem: et hoc quottidie experiẽtia docet/⁊ videm⁹: ⁊ sic per deum fit illa translatio. Et sic per consequẽs habet a deo: vt patet per dictũ prophete qui dicit/ꝙ deus dedit illud imperium sibi: ⁊ sic non per tirannidẽ. Ideo cum christus sit ille lapis abscisus: qui factus est mons: suscitabit regnũ in populo suo christiano: quod est imperiũ in temporalibus: prout erat ille nabuchodonosor tantum in tẽporalibus rex: vt dictum prophete iuxta materiã intelligatur. Et impletum est illud ezechielis. c. xxxvij. Faciã eos gentẽ vnam: et erit vnus rex omnibus imperijs: et non erunt vltra due gentes. Et ita omnes mũdi nationes sunt aut debẽt esse sub vno videlicet imperatore: qui est rex regum. Et sic bene dicit gratianus in. §. hec si quis. xj. q. j. ⁊ melchiades papa in. c. futurã. xij. q. j. vbi dicit ꝙ principes Romani totius mundi monarchiã tenebant: nec est bona responsio Old. ad illũ tertiuz. qui in sua pertinacia induratus: ꝙ imperatores tirannice tenuerunt imperiuz: dicit ꝙ non negatur quin tenuerint: sed negatur ꝙ iuste illud tenuerint. nam hec responsio est heretica: q̃a in d. tex. ille melchiades papa sanctissimus et martyr gloriosus cõmendat ipsos principes Romanoꝝ: et maxime Constantinũ/quẽ vocat gl'iosissimũ/imo ⁊ fidem veritatis adeptus est: ⁊ per vniuersum orbem suo degẽtes imperio ad fabricandas ecclesias predia constituit: et post imensa donaria fabricã templi prime sedis beati petri instituit. Et imperialem sedem beato petro et successoribus per futurã concessit. Si ergo illius insani opinio esset vera: ꝙ imperatores per tirannidẽ vsurpatuz tenerẽt violenter imperiũ/et sic in peccato: ⁊ ideo tenebant ad restitutionẽ ille sanctissimus papa non laudasset/nec approbasset imperatores ibi: imo ipsos tanq̃ publicos peccatores monuisset ad dimittendum violẽter ablatuz videlicet imperiũ: vt est tex. in c. nouit. de iudi. ⁊. c. ad aplice. de sen. ⁊ re iudi. in vj. sed hoc non fecit/imo illos commendat ibi: sequitur ꝙ iuste totius mundi monarchia consistit in tẽporalibus in imperatore. Preterea ipse dicit in dicto cõsilio: ꝙ peccatũ non dimittitur: nisi restituatur ablatum. xiiij. q. vj. c. si res. ⁊. c. peccatũ. de reg. iu. imo nec posset imꝑator iuuari auxilio regule. ff. de reg. iu. l. q̃ in alteri⁹ ius succedit iustã causam ignorãtie videtur habere: q̃a dicit ipse/ꝙ hoc habet verum: vbi ageretur de ignorãtia facti. Sed hic constat de violentia per iura ipsius imperatoris. l. post liminiũ. et. l. hostes. ff. de capti. ⁊ post h. reuer. ⁊ d. l. ij. ff. de orig. iur. ⁊ iura sunt certa (ff. de iur. ⁊ fac. igno.

l.j.) in omni tēpore: potius hec ignorātia est iuris ꝙ facti: que in prescriptiōibus nō prodest. ff. de vsuc. l. nunꝗ. ⁊ l. cum heres. de iur. ⁊ fac. igno. ⁊. l. ij. de fruc. ⁊ litiū expen. ⁊ nec aliqua longissima prescriptione posset iuuari/ quia cū mala fide tenet: poterat allegare. c. fi. de prescript. Ex hoc sequitur vnū hereticū: ꝙ fabrica templi sedis petri est fūdata super re vi ablata: nec valet donatio facta ecclesie per Constantinum/ quia ipse esset tirannus: quem ignorantia non excusat: nec summos pontifices. Et sic non possunt tenere sine peccato illas res donatas: nec ecclesie fundate per vniuersum orbem ex donatione prediorū per imperatorē iure stant fabricate. Sed ecclesia tenet ꝙ iuste possidentur res per imperatorē donate. Et quis enim audet dicere/ ꝙ tot sancti pōtifices/ viri vtriusque sūme perfectionis et litterature/ miraculis gloriosi: qui omnia tēporalia arbitrabantur vt stercora: quorū doctrina fulget ecclesia sicut sol: quorum scripta suos lectores sancti spiritus igne accendunt: quis inquam audeat dicere tales ac tātos tā multos sic delirasse: vt huiusmodi tēporalia per imperatores donata/ si per violentiā ac tirannicam potentiā fuissent per eos imperatores vsurpata cōtra iusticiam ac dei voluntatem detinuissent. Ideo apostolica sedes determinauit donationes illas per imperatores ecclesijs factas fore validas: ⁊ earum vigore ecclesias predictas res donatas licite ⁊ iuste possidere: inhibens ne vlli liceat deinceps in dubium reuocare: qd tātis sanctissimorū virorū doctrinis ⁊ exēplis constat roboratū: qd tamen non statuisset: si imperatores rerum imperij totius orbis iusti domini non fuissent. Sed vt error dicti Old. ex suis dictis ostendat: licet vt patet per libros historicos: quanquam libido dominandi a Nemroth initiū habuisse certum est: vt etiam innuit tex. in. c. fi. §. fi. dis. vj. tamē post eum etiam ante regem Dauid/ Saul/ ⁊ Salomonē et alios reges israel per mille ⁊ quingētos annos fuerūt reges: imo ⁊ abrahā qui multo ante erat percussit quattuor reges Genesis. c. xiiij. quo tempore erant plures reges: sed eius nepos patriarcha Iacob predixit nō defuturum sceptrū de Iuda vsque ad aduētum christi: nimirū in illo populo fuerunt reges diuina permissione ⁊ per dei voluntatem: quia erat populus electus: et quo descēdere debebat christus redemptor totius generis humani/ et prophetauit filijs suis iacob. Genesis. c. xlix. q̇a messias descensurus erat de tribu iuda: dixit. Nō auferetur sceptrū de Iuda: nec dux de femore eius: donec veniat qui mittendus est: qui est expectatio gentiū. Ex qua prophetia duo inferuntur: primū ꝙ non erat deficiendū sceptrū de iuda vsque ad aduentū christi. Scdm qd infertur est argumentū a cōtrario sensu/ ꝙ post aduentum christi ablatum est illud sceptrum de Iuda. Sed pro maiori declaratione est aduertendum: vt dicit Paulus de scta maria episcopus Burgēsis: in suo ope qd vocat scrutiniū scripturarū. ꝙ Machabei licet sacerdotes fuerunt/ ⁊ per cōsequēs de tribu leui: erāt tamen de tribu iuda scdm lineam maternam. Et sciendum scdm eum: vt habetur numeri. xi. tēpore Moysi de mādato dei fuerūt congregati. lxx. seniores popli isrl: vt essent coadiutores in regimine populi cū ipso Moyse. Et extunc fm omnes doctores semper fuit in iudaismo collegiū/ seu consistoriū: quod dicebatur cathedrin: ad quod omnes difficultates seu dubia fidei ⁊ legis perueniebant. Similiter ⁊ omnia magna ⁊ summa iudicia/ seu cōtrouersie. Que quidez cathedrin a tempore Dauid/ ⁊ citra residebat principaliter sub regib9 ducibus iude in Hierusalem: et postea in babilonica captiuitate/ dum ibi essent reges ⁊ duces de iuda. Deinde in reditu predicte captiuitatis residebant apud Hierusalem/ sub ducib9 de tribu iuda/ dū essent. Et durabat potestas eorū etiam nō existēte rege seu duce de iuda: prout potestas alicuius capituli vacāte sede durat. Et sic auctoritas ⁊ potestas cathedrin durauit etiā tempore Machabeorū: ⁊ vsque ad quadraginta annos ante destructionē templi secundi: in quo tempore cessauit ex toto eorum potestas seu iurisdictio: eo quia tunc temporis Herodes interfecit omnes rabinos seu magistros illius collegij: et tunc proprie fuit ablatum non solum sceptrum de iuda/ sed etiā scriba de filijs eius: quod quidē tempus concurrit cū passione domini nostri iesu christi: qui per. xlij. annos ante destructionē templi fuit passus: sicut et regnū herodis/ qui alienigena erat: in cuius tempore titulus regius a toto genere

iudeorū fuit ablatus: ⁊ fuit valde propin-
quū tempe natiuitatis dn̄i. Qui herodes
cum regnum ei non cōpeteret de iure: ti-
mens ne posset pro tempore cōsurgere ali
quis de stirpe dauid: et eum de regno ex-
pellere: ideo interfecit omnes quos potu-
it habere de genere regio: de qua occisio-
ne ablatum est sceptrum de iuda. Et quia
item Old. fundat se in his regibus popu
li israel: qui fuerunt per dei voluntatem:
licet essent reges, tamen dominus deus cō-
stituit super reges israel alium regem re-
gum: qui etiā vocatur imperator. Et hoc
patet Danielis. c. ij. quē idez Old. allegat:
vbi dicit: ꝙ deus celi dedit regnū, et forti-
tudinē, et imperiū, ⁊ gloriam: ⁊ omnia in
quibus habitant filij hominū, Nabucho-
donosor regi: ⁊ sub eius ditione omnia cō
stituit: et vocat ipsum regem regū. Ecce er
go apparet: ꝙ voluntate diuina monar-
chia mundi in eodem Nabuchodonosor
fuit constituta: et reges israel (de quibus
idem Old.) sub ditione sua posuit: preser
tim eo tempore, quo populus israeliticus
erat in captiuitate in trāsmigratiōe Ba-
bilonis. Et sic id quod dicit de regibus: q̄
in testamento veteri fuerunt deo permit-
tente: non facit contra nostrā conclusionē
catholicam: imo magis corroborat: quia
etiā sup eos monarchiā deus in vno ꝯstituit.
¶ Itē ideo potest respōderi: ꝙ ipsi reges
de quibus ipse Old. loquitur iam expira
runt in aduentu christi, vt dictum est: ⁊ cō
pleta est prophetia patriarche Jacob: q̄a
iam ablatū fuit sceptrū de iuda: imo post-
ea herodes p̄mus rex alienigena non iu-
re in eodem regno successit: et iam nō ap-
paret ꝙ reges iuridice in regnis successe-
rint. Sed tamen nolo eos condemnare:
cum multi reges fuerunt sancti et iusti vi-
ri: et tollerātur cōsuetudine quadā. Et sic
patet ꝙ eius argumenta retorquētur con
tra ipsum: cum illud dictum prouerbiorum
c. viij. per me reges regnāt: intelligebatur
de illis regibus israel, qui vngebantur: sed
vt dictū est: fuit ablatuz sceptrum de iuda.
Ideo non immerito dictum illud Roma-
nus pontifex appropriat regi regum: hoc
est imperatori: in ep̄la inter claras. C. de
sum. tri. ⁊ fid. catho. imo ipsi iudei cōfessi
sunt, dum dixerunt Joh. c. xix. non habe-
mus regem nisi Cesarem: ꝙ imperator ce-
sar tanq̄ monarcha mundi erat rex ipsorum:

et sic impletū est illud ezechielis. xxxvij. c.
Faciam eos gentē vnam: ⁊ erit vnus rex
omnibus imperijs. Et sic habes ꝙ post ad-
uentū xp̄i, postq̄ illi reges israel qui appro
babantur iam euanuerunt: imo iniuste ⁊
illicite Herodem in eodem successisse vide
mus: non habemus approbationē aliquā
per scripturam diuinam de regibus par-
ticularibus: sed bene de rege regum, hoc
est imperatore: vt supra danielis. ij. ⁊ etiā
lege euangelica, dicitur enim Luce. ij. Exijt
edictum a Cesare augusto: vt describeretur
vniuersus orbis. Iste est Octauianus au-
gustus nepos Julij: qui licet. v^{m}. bella ges-
sit: breuiter tamē totū mundū in vnā mo-
narchiā redegit: ⁊ vt testatur Hieronymus
⁊ alij sancti doctores: cū per totū orbem in
diuersis prouincijs bella pullularent: su-
bito cūctis mirātibus pacata sunt: et Ro-
mano principi colla submiserunt: vt aper
te dominus deus hominibus ostenderet.
ꝙ illam vniuersalem pacē non bellicus la
bor: sed ipse donasset. Semper vno inito
bello: aliud seq̄batur: aut plura peiora scis-
sura sequebantur. Sed christi natiuitate pro-
pinquante: vrbs quieuit ⁊ orbis. Et huius
Octauiani augusti q̄nquagesimo secūdo
anno natus est christus dn̄s saluator mū-
di. Et post ipsum Octauianuz imperato-
res romani omnes augusti dicūtur: pro-
pter singularē istius augusti excellentiā:
qui maximis ⁊ pluribus virtutibus claru-
it: que late in suis cronicis legūtur: quas
ne longior sim obmitto: iustum eniz erat
vt ille nomen tribuat, qui cunctis viuen-
di formam ⁊ regendi normam tribuit. Et
quid vltra, christum cum benedicta matre
sua videre meruit: quasi ipse primicerius
extiterit vocatiōis gētiū: nec post hec dn̄s
vocari voluit. Arā ei p̄mus extruxit: humi-
litatis, ciuilitatis, clemētie, patientie, disci-
pline (que rarissime in tanta sublimitate
cōueniunt) exēplar ipse fuit: bellum non
nisi coactus accepit. Dicebat enim magnū
est dispendiuz aureo hamo pisces capere:
quia hami deperditi damnū nulla potest
captura piscīū comparari. Detrahētibus
sibi ait: in libera ciuitate liberas decet esse
linguas: milites ociari nequaq̄, aut deli-
ciari permittebat: quorū professio institu-
ta est ad laborē. Filias suas in lanificio fe
cit instrui, propter mutabilitatē tempora-
lium: nec ad se nisi vultu maturo fine oīum

vestiū curiositate accedere pmittebat. Regna que iure belli quesierat: preter pauca reddidit: aut alienis benigne tribuit. Teste se in iudicijs introgari: ⁊ repelli equissimo animo patiebatur: plures habuit sibi maxime familiares: qui cum melius poterant eum extinguere: etiam publicis bellis nitebantur. Alij ter quater q̄ periurij cum gratiā poscerent: vitam ⁊ bona ab ipso impetrarunt. Et hic Octauianus augustus est ille imperator optimus: cui dominus noster dignatus est se cōparere cū matre sua: qđ non fecisset si peccator publicus fuisset in retinēdo imperium: et violenter imperiū contra conscientiā assumpsisset, vt Old. satis imprudenter affirmat.

¶ Preterea omnis christi actio nostra est instructio. c. significasti. de elect. imo dn̄s noster iesus suo ore diuino hoc precepit. Jo. xiij. exemplū enim do vobis: vt queadmodū ego facio: ⁊ vos faciatis. Sed sic est: vt dicitur Luce. ij. Exijt edictum a Cesare augusto: vt describeretur vniuersus orbis: q erat iste optimus Octauianus. Sed propter illud edictum vniuersale quod comprehendebat omnes mundi nationes: q̄ describeretur vniuersus orbis emanauit: dn̄s noster (per quē om̄ia facta sūt ⁊ sine quo factum est nihil quod factū est: ioannis. c. j.) in ventre virginis matris sue dn̄e nostre ascendebat cum ea: ⁊ ioseph de galilea in iudeā in ciuitatē dauid: que vocatur bethleem: eo quod esset de domo ⁊ familia dauid. Ecce ergo exēplum dedit: q omnes vniuerse terre homines tenentur obedire cesari augusto: ⁊ ex hoc approbans imperium in vno.

¶ Preterea hoc ostendit ille verus ⁊ magnus scriba dn̄i nostri in suo instrumento approbatissimo super omnes scripturas: videlicet lucas. in. c. iij. preposuit nomen imperatoris: dum dicit. Anno autē quinto decimo imperij Tiberij cesaris: ⁊ etiā consulis / videlicet procurante pontio Pilato iudeam: ex quo denotatur approbatio imperij in eodē Tiberio: ⁊ etiam presidū per imperatorē constitutorū sub imperio: ex hoc videntur etiam approbati reges qui libet in suo regno sub imperio depēdentes a vicario dei in tēporalibus / videlicet imperatore. Quorū regum potestas necesse est vt depēdat ab vno constituto p deū in terris / qui est imperator. Et in spiritualibus etiam ab vno vicario christi / videlicet papa dependet omnis potestas ecclesiasticorū: qui omnes obedire tenentur pape.

¶ Preterea q hoc sit verum: et imperium a deo esse approbatū in eodem Tiberio viro magnarū virtutū / Octauiani adoptione filio: qui successit in imperio: patet mathei. xxij. ⁊ Luce. xij. vbi dn̄s noster interrogatus: an liceret tributum dare Cesari. vt diximus supra in prima corroboratione huius conclusionis catholice: et ibi respōdimus ad dictū Abb. in. c. nouit. de iudi. qui dicebat: quod illud fecit ne scandalizaret ⁊c. Sed nunc ad responsionē Old. dū dicit q dn̄s noster illud fecit viso imagine Cesaris: quod suū erat precepit dari Cesari. Uides hanc respōsionē ex magno errore pcedere. Sed vt ista obcecatio radicitus euellatur presupone / q ad validitatē pecunie requiritur auctoritas publica. l. j. C. de fal. mone. ⁊ vlti. ⁊ Bar. in. l. qui falsam. ff. de fal. Et si non vult ille credere imperatori: vt dicit / credat oībus doctoribus q̄ asserunt / imo ⁊ toto mūdo: q est hoc de iure gentiū: vt patet in. l. ex hoc iure. ff. de iusti. ⁊ iure. iūcta. l. j. ff. de emp. ⁊ ven. nam emptio ⁊ vēditio est de iure gentiū: ad qđ est necessariū nūmisma: ⁊ ad eius validitatem requiritur publica forma ⁊ extimatio: vt dicit Paulus iurisconsultus in di. l. j. Alias enim argento vel alicui metallo non daretur fides ad aliquem effectū nisi propter auctoritatē. Cū ergo xp̄s viso imagine et suprascriptione Cesaris approbauit illam pecuniam: ⁊ censum illius pecunie precepit reddi Cesari: qui erat tūc Tiberius: ⁊ per consequens approbauit vnū imperatorē Cesarem: ⁊ ipsum habere auctoritatē cudendi pecuniam. Alias tanq̄ falsam repelli iussisset. Et sic non propter scandalum vt ipse dicit: sed cū cause insertione / videlicet viso imagine / ⁊ supra scriptione: ⁊ non dixit q scandali vitandi causa solueret: imo qđ plus est / ipsimet iudei manifestarunt ore suo: ipsum cesarem Tiberium imperatorem esse eorum regem. Joh. xix. iudei autē clamabāt dicētes: oīs enim qui se regem facit: cōtradicit Cesari: ⁊ non habemus regem nisi Cesarem. Nō immerito appellatiōe pecunie: venit quecūq res. l. cogi. in p̄n. ⁊ ibi Bar. ad treb. ff. ⁊. l. talis. in prin. de le. j. Et omnia veniūt appellatione pecunie. l. ij. ⁊ ibi Bal.

C. de consti. pecu. ⁊ vt dicit August. cuius dictū est. c. totū. j. q. iij. quicquid hoīes habent in terra pecunia vocatur: quicq̄d sit, sufficit ꝙ per approbationē pecunie, xp̄s approbauit auctoritatem vnius imꝑatoris. Item etiā quia tanq̄ Cesari iussit dari censum per iudeos: qui erāt tunc populus a deo electus: in quo etiā diuina volūtate erāt reges vsq; ad aduētū xp̄i: ⁊ sic ad vniuersum orbem approbauit imperiū: si eni; quo ad iudeos, multo magis quo ad omnes alios mundi hoīes fuit facta approbatio imperatoris: ⁊ hoc eo magis, q2 tunc totus mundus erat sub eodem imperatore. Item quia ipsimet iudei dixerunt se non habere regem nisi Cesarē. Et sic responsiones Old. non ex vero, sed ex luminis carētia procedūt. Quāto magis vt dicit tex. in. c. iam nūc. xxvij. q. j. Xp̄s dixit se nō debere soluere tributū, tamē soluit: ne scandalizaret. Math. xvij c. dans intelligere: cū ipse esset sacerdos in eternū ſm ordinē melchisedech. ps. cix. non tenebat soluere, et sic sacerdotes sunt exempti: tamen dedit exemplum: et dixit petro da illis staterem: quem in pisce inuenies pro me et te. Immo ambrosius exemplo christi etiam sacerdotes de agris ecclesie soluere tributum iubet. c. si tributum: ⁊ c. magnum. xj. q. j. Et hoc saltim ratione vitādi scādali: vt supra in prima corroboratione diximus. Sed quo ad alios sine vlla exemptione tributum dari imperatori christus iubet: et proprium est imperatoris facere iustissima in vniuerso orbe. Et sic bene dicit imperator Federicus in. c. q̄ sunt regalia: et ibi Jacobus albarotus allegat d. c. ⁊. l. j. de empt. et vendi. ff. ⁊ dictū domini dum dixit: cuius est hec imago numismatis et approbauit.

¶ Preterea scta mater ecclesia tenet, vnū esse imperatorē: et dicere contrariū est hereticum: vt etiam dicit Bar. in. l. hostes. ff. de capt. De hoc vide tex. in. c. solite. de maio. ⁊ obed. nā si imperator contra consciētiā teneret: nec propheta daniel. ij. c. nec christus in locis vbi supra: nec sancta mater ecclesia approbasset imperatorem. Unde melius deberet damnari de heresi ille Old. post mortē suam nunc: quā ille Dantes: quē refert Bar. in. l. j. §. j. ff. de requi. re. tum quia loquitur contra prophetam in testamento veteri: tum quia contra exēplū xp̄i in testamento nouo. Luce. ij. ⁊ contra doctrinā ⁊ approbationē eiusdē domini nostri loquit. vt Math. xxij. ⁊ Mar. xij tum cōtra determinationē et approbationem sancte matris ecclesie. Et semꝑ ꝑ papam coronatur et approbatur. c. venerabilem. de elect. et hoc tenet a religione xp̄iana: tum quia si eiusdem Old. error esset verus: iam oēs Romani pontifices a Siluestro papa inclusiue citra, quia possident res per imperatorē donatas. Et eo tempore Constantinus dicebatur dn̄s totius mundi: si ipse ꝑ vsurpationē illa bona tenebat: et erat notoriū iuris vt ipse ait: siliter etiā Romani pontifices essent in peccato: ⁊ eodem modo oēs imꝑatores essent in statu damnationis: ⁊ remaneret vniuersus orbis absq; regimine in temporalibus. Melius ergo est ꝙ ille solus damnetur de heresi: eiusq; statua cum consilio suo igne comburatur: q̄ tot sancti viri ⁊ gloriosissimi pontifices romani ⁊ imꝑatores, imo ⁊ sancta mater eccl̄ia hanc ꝯtradictionē veritatis in detrimentū sui honoris exempli et doctrine sub dissimulatione permittendo: infamiam patiātur. Hec etiam corroborantur per. c. qui resistit: ⁊. c. imperatores. xj. q. iij. vbi Augustinus innuit: ꝙ qui preceptum imperatoris contemnit: iudicium sibi acquirit: nam inter homines penas luit: et apud deum frontem non habebit. Non obstat responsio Old. ꝙ ibi, non tantum loquitur de imperatore: sed de quolibet etiam principe veritatem iubente: per id quod sequitur qui facere noluerit: qđ ei per cor regis ipsa veritas iusserit: nam licet vt ipse dicit: etiā si ille tex. loqueretur in quolibet rege: tamē ibi approbatur persona imꝑatoris: ⁊ sic ei tanq̄ imperatori est obediendum. Uel aliter dico: ꝙ ibi solū loquitur de imperatore: nam vt supra diximus et probauimus: imperator etia; vocatur rex: et hoc probat ibi tex. qui loquitur de imꝑatore: nam illico subiungit exemplum Nabuchodonosor, qui erat rex regum: et habebat per deum imperium mundi: vt Danielis caplo. ij. ⁊ vt supra diximus: in epistola inter claras. C. de sum. tri. ⁊ fid. catho. quem Old. pro se allegat: ipsum condemnat. nam ibi Ro. pon. illa verba. Cor regis in manu dei est: attribuit imperatori.

¶ Ex predictis etiā apparet ꝙ non obstat

illud qđ dicit in.d. cõsil. ꝙ primo fuerunt reges de iure gentiũ: et ꝙ imperator non poterat vsurpare: nec licuit dicta regna dominis suis auferre. Sed ad hoc respõdeo dupliciter. primo dominia fuerũt de iure gentiũ: ⁊ regna distincta: igitur eodẽ iure possunt dissolui. l. nihil tam naturale. ff. de reg. iur. cum si. cum ergo vt supra cõclusum est et probatũ per totã istam questionem: ⁊ etiam in prima et in scða questionibus ꝑncipalibus huius scðe partis: ꝙ omnis illa potestas/auctoritas/siue imperium (quod primo erat penes oẽs gẽtes) redactum est in arbitriũ vnius optimi videlicet imp̃toris: ⁊ q̃a volũtas imp̃atoris ratione regulatur: si viderit causã ad hoc: posset disponere sup. d. dominio ⁊ distinctione regnorũ. ⁊ hoc est qđ dicit tex. in. c. q̃ iure. viij. di. tolle iura imp̃atorũ: ⁊ q̃s audet dicere: hec villa est mea ⁊c. hinc etiã venit: ꝙ ad imp̃atorẽ spectat diuidere ꝓuincias vel regna. l. si eadẽ. ff. de offi. asses. et sicut pri⁹ erãt regna ⁊ dominia de iure gẽtiũ: nũc sunt de iure imperatorũ qui vices omniũ gentiũ gerũt. Et sic bene dicit Justinianus imperator in auc. vt prepo. no. impe. col. v. post prin. in hac magna ciuitate/siue in alijs gentibus omĩbus/quibus nos presidere dedit deus: quia illud relatiuum stat declaratiue: vt dicit Bar. in. l. j. C. de sum. tri. ⁊ fi. catho. et hoc patet per l. deprecatio. ad. l. rod. de iac. ⁊. l. bene a zenone. C. de quad. prescrip. ⁊ testimoniũ eius est verũ: q̃a testimoniũ perhibet de ipso imp̃atore deus auctoritate testamenti veteris: quia vult ꝙ in vno sit imperiũ. danielis. c. ij. ⁊ ezechielis. c. xxxvij. et auctoritate euangelica. Luce. c. ij. Exijt edictũ a Cesare augusto: vt describeret vniuersus orbis: et approbatiõe christi. Reddite quod est Cesaris cesari. Math. xxij. ⁊ Marci. xij. Item etiã testimoniũ perhibet de eo sancta mater ecclesia: que hoc tenet/ꝙ vnus est imperator: qui est vnũ de luminaribus maioribus. Et sic oportet ꝙ sit imperiũ/habens illud super oẽs: alias enim non diceretur maior: si aliqui reges essent exempti ab eo. Et si multi essent representãtes illud luminare min⁹ de duobus maioribus: quod hereticum est dicere: et cõtra determinatiõẽ ecclẽie. et diximus latissime sup̃ in respõsionib⁹ ad. vij. ⁊. viij. ar. ⁊ de hoc etiã ꝑhibẽt testimoniũ multa

tura canõica supra allegata: ⁊ ea ad hoc induximus. Itẽ de hoc etiã perhibent testimoniũ q̃plures alie rationes in toto isto opere: tam in prima parte q̃ etiam in hac secũda parte: presertim in hac tertia principali questione: et infra in tertia parte. Et sic alij sũt qui testimoniũ perhibẽt de imperatore: et testimoniũ ergo eius verũ est: et sic hereses per eundẽ Old. seminate non possunt lumẽ veritatis obscurare. Uel etiã secundo poteris respondere: eius ruditatem expellendo: nam iste optimus imperator dicere potest mansuete: eius cuius vices in terris gerit vestigia imitando: non veni soluere legem: sed vt dicitur Joannis. xvij. c. vt omnes sint cõsummati in vnũ deum in celis: et sic etiam in terris voluit ponere in temporalibus vnum/videlicet imperatorem: vt omnes sint cõsummati in eodem imperatore eius vices gerẽte. Sicut in spiritualib⁹ in Romano pontifice qui in temporalibus esse non potest: vt diximus in hac secunda parte sup̃ in secunda questione principali: ⁊ aliquid in hac tertia. Et omnes reges vt etiam dicit glo. ⁊ Abb. in. c. venerabilẽ. de elect. dependent ab imperatore: et retinent sua regna ex priuilegio imperatoris/vel consuetudine/vel electione cum tollerantia eiusdem imp̃atoris. Et hoc modo iuste tenere possunt sine onere conscientie: dum tamen obediant ⁊ sint cum proposito obediendi imperatori/tanq̃ capiti et potestatem vniuersalem in temporalibus habenti non vi: sed sponte/alias crimen lese magestatis incurrẽt: vt dixim⁹ supra in hac questione in tertio decimo fundamẽto catholice conclusionis: et in responsionibus ad septimũ et octauũ argumẽtũ. Et Bal. in. l. decernimus. C. de sacr. sanct. eccles. Et ipsi rebelles deo permittẽte in hoc mũdo: ⁊ alio luent penas. iuxta. c. qui resistit. ⁊. c. imperatores. xj. q. iij. Et sic imperator non derogat propterea regibus in potestate quã habent quilibet in suo regno: nec vsurpat aliquid ipsorum: prout ille putabat: sed exercet imperium ⁊ potestatem vniuersalem condendo legem communẽ ad felicitatem/et statum pacificum/siue tranq̃llitatẽ totius generis humani: ⁊ ad hunc finẽ cõstituit deus imperium: et sub eo reliqua dominia: vt diximus in prima parte: in quinta questione principali: et

etiam in scda parte: in scda et tertia principalibus qstionibus: non ad finē luxurie dominandi: vt faciebat ille Nemrotht. c. xi. vj. dis. cuius malicia (vt dixi in cronicis) pleni sūt libri. et forte diuino iudicio actū est: vt Nero in eius vocabulo plane se offerat: qui similiter infamiā habuit. Et ideo finis siue intentio in presidente/videlicet papa/imperatore/et alijs principibus debet esse cura vtilitatis cōmunis/et pacifici status multitudinis cui presunt: et sic similantur deo: vt diximus supra in prima parte: in tertia qstione pme principalis qstionis. Alias vero si eorū intentio sit dumtaxat ambicio dominādi: siles erunt Nemroth/et Neroni. Ex quo peruenit illud eccles. c. x. propter iniusticiā de gente in gētem regnū transferret: et sic diuersū est dominiū ipsius impatoris: qa eius potestas et intentio est ad finē tranqllitatis totius societatis humane: nec curat de particulari: vt in auc. de here. et fal. in pn. nec eius lex derogat legi particulariū prouinciarum: hoc est regnorum siue ciuitatum. c. j. de cōstitu. in vj. nisi viderit regimen talis prouintie depranatū: tunc enim visitat/corrigit/et reformat: vt dicit Bal. in. l. decernimus. C. de epis. et cle. Et debet facere exēplo dñi Genesis. c. xviij. qui dicit descendā et videbo: vtrum clamorē qui venit ad me opere cōpleuerint. et c. licet hely. de simo. et c. deus omnipotens. ij. q. j.

¶ Sed ipsorū regū potestas est particularis prouinciarū: qui habent potestatē condendi leges/et merum imperiū quilibet in suo regno vel dominio: scdm formā et consuetudinem sui regni/vel dominij quā exercuerunt iuxta mores patrie/vt late dicemus infra in tertia parte. Et sic imperator non vsurpat aliquid qd regū sit: sed vtitur sua potestate generali erga omnē societatem humanā quā habet: vt supra in tertia qrta qnta sexta septima corroboratiōibus diximus/vbi vide: ne longior sim. Ex quo apparet qz si ipsi reges vellent se eximere: attētarent occupare qd suum nō est: sciūt enim se preesse particularibus regnis: nō tamen possunt se eximere a cōmuni potestate/que est supra omnem societatem humanā: immo id attentare/non solū est nō tm iniustū/sed ipossibile: vt dictū est sup psertim in respōsionib9 ad. vij. et. viij. arg. in hac qstione vbi videatis.

¶ Sed vltra pdicta oibus bene et in pace viuere cupiētibus dico probabilē rationē: quā etiā quilibet popularis potest de facili videre: quare de necessitate salutis beatitudinis humane opus est/qz sit vnus imperator: cui omnes gētes sine exceptione aliqua obediāt. Vides qualiter totus mūdus in maligno positus est. iuxta cano. j. Job. c. v. et vt dicit tex. in. c. sicut i sacramētis. de cōse. dis. iiij. si singuli diligenter interrogarētur: tot diuersitates opinionū inuenirent/ quot homines: cōcordat tex. in. c. quia diuersitatē. de conces. prebē. Si enim istius societatis humane fuissent plura capita: vt ille lumine orbatus dicebat: semper genus humanū in cōtinuis guerris/diuisiōibus/et dissensionibus staret: quia quilibet suo sensu habundaret: et ita verificaretur dictum veritatis infallibile. Regnū in seipm diuisum desolabitur. Si vero vnū sit caput in temporalibus: prout est impator: omnes reges (que sunt membra) sibi sint obediētes/semp erunt iuuamento imperatori: in cuius optimo hoim electo (qui nō curat de particulari bono) arbitriū rationis pratice stabit: et vnicuiqz reddet quod suū est: statuetqz in propria reges. Et sic tota religio christiana semp in pace viuet: et psperabit: et indubie vniuersus orbis/non solum ad ditionez imperatoris: imo etiam ad vnitatez fidei reducetur. Et ita non solū iure/sed etiā effectu implebit prophetia ezechielis. c. xxxvij. immo de necessitate ex fide quilibet fateri tenetur: qz vnus sit rex oibus imperās in orbe: qui est imperator rex regum: et vnus pastor qui est papa: et hoc post aduentum christi: dicit enim ibi: ecce ego assumā filios israel de medio nationū ad quas abierunt etc. Et faciam eos in gentē vnam: et rex vnus erit oibus imperās: et non erūt vltra due gentes: nec diuidētur amplius in duo regna. Ecce ergo illa pphetia assumam filios israel de medio nationū adimpleta est per aduentū christi. Et hec dictio israel debet intelligi spūaliter: licet aliqñdo accipit localiter: vt dicit idem Paulus Burgēsis in dicto libro scrutinij scripturarum: in prima distinctione. c. j. illa prophetia supra dicta intelligitur spiritualiter: quia in aduētu christi congregaturus erat christus deus filios israel: hoc est fideles in vnū: scilicet in congregationē spūalem

animorũ in aliquo credibili ⁊ desiderabili: sicut enim corpora in eodẽ loco posita dicũtur ꝯgregata localiter: sic animi in eodẽ conceptu intellectus seu volũtatis existẽtes vniri dicunt᷑/seu vniti. Sed eo tẽpore etiã debebat esse vnus rex oĩbus imperãs: et sic opus est dicere oĩbus qui aduentum xp̃i credunt: ꝙ vnus sit rex oĩbus imperãs. Et cõcordat etiã prophetia danielis. ij. c. ꝙ post illa imperia de quibus ibi: suscitabit deus celi regnum: quod in eternũ nõ dissipabitur: et regnum eius alteri populo non tradetur: vbi loq̃tur iuxta subiectã materiam/videlicet de illo regno tẽporali: qḋ habebat Nabuchodonosor rex in vniuerso mundo. Papa enim est pastor dumtaxat fidelium: vt diximus supra in secunda principali questione huius secũde partis: videlicet supra filios israhel: qui sunt vnius volũtatis. De quo in dicto. c. xxxvj. et erit vnus pastor: sed rex vnus erit super omnes nationes fideles videlicet et infideles/ad societatis humane beatitudinẽ temporalem. Et sicut diximus: christus obediuit et approbauit vnum imperatorẽ in mundo. Luce. ij. capl'. ⁊ Matthei. xxij. Et sancta mater ecclesia/et omnia iura canonica hoc tenent et affirmãt: ⁊ rationes ⁊ auctoritates omnes supra relate hoc idẽ confirmãt. Et sic a tempore aduẽtus xp̃i imperium semper remansit et remanebit in vno vsq; ad finem seculi sup omnes mũdi nationes. Et si aliqui infideles se rebellant imperatori: nõ sequitur ꝙ imperatoris potestas iure non extendatur: immo poterit iuste quoscunq; ditioni sue subdere: a christi enĩ natiuitate citra semper remansit imperium in vno. Natus est enim tempore Octauiani imperatoris. Sed tẽpore Tiberij cesaris mortuus est. Deinde Tiberio successit Gaius gallicula eius nepos. Et quia non imitatus fuit suos predecessores moribus: vt in cronicis legitur: a suis est occisus. Et senatus Romanorũ restituere nixus est regimẽ sicut antea fuit: sed non preualuit/nec poterat: quia vt diximus/constitutum est a deo vt vnus sit. Sed Tiberio successit Claudius: et post eũ fuit Nero ille sceleratissimus: q̇ a senatu hostis pronũciatus est. Et cũ turpissime fugeret se ipsũ occidit. ⁊ post eius obitũ Galba/Otto/⁊ Vitellius: isti tres in diuersis prouincijs imperare cupientes: in vno anno sese interfecerũt. Et sic vides volũtatẽ diuinã: que nõ vult ꝙ regnum huius mũdi diuidatur. Sed deinde imperauit Vespasianus: post ip̃m Titus: deinde Domitianus. Et post eum Nerua: cui successit ille Traianus optimus. Et ita post eum semp imperium nutu diuino remanet in vno. A cuius potestate si quis se exemptũ asserit: aut nõ est homo/aut est infidelis: ⁊ extra catholicam cõmunionẽ constitutus: iuxta. c. imperatores. xj. q. iij. ipse sibi iudicium acquirit/nam inter hoĩes penas luit/et apud deum non frontem habebit. Et talis rebellis consultores penas. c. ita corporis. xj. q. iij. nõ euadẽt: ⁊ maledictionem ciaie prophete. in. c. ve qui dicitis. xj. q. iij. sup eos eisq; subiectos reuelari sentient. Apperiãt igitur oculos oẽs xp̃i fideles: q̇ predicta sentiũt. Et si aliqs qui nomen xp̃iani vsurpat fuerit obstinatus/vni impatori electo nolens obedire. Et si non propter xp̃m/saltim vt in pace viuant/moneãt: et reducãt ad vnionẽ societatis hũane: obediẽdo vni impatori ⁊ regi totius orbis. Et maxime hoc tẽpe/q: ille antixp̃s qui vocatur Turcus: fideles christi opprimere: ⁊ fidem eius extinguere conatur.

Quarta ꝑncipalis q̃stio.

Esta questio in pluribus locis per doctores mouetur ⁊ disputatur. Et primo glosatores antiqui fuerunt contrarij. nã glo. acurs. in auct. quo. opor. epis. post prin. tenet aliquibus rationibus: vt ibi per eam: ꝙ non valuit illa donatio facta per Constantinum Siluestro pape. Sed Jo. antiquus glosator in. c. ego ludouicus. lxiij. dis. tenet opinionem cõtrariam: ꝙ valuit illa donatio. Et post eos doct. in varijs locis q̃s solũ refert Alex. de imo. in rubrica de ṽbo. ob. ⁊ licet Antonius rosella in quodã suo tractatu plã verba superflua super hoc effũdat: nos tñ eo suisq; dict̄ obmissis tanq̃ supuacaneis: vt ex infra dicendis apparebit. Premissis fundamẽtis dictaꝝ glosaꝝ q̃ Bar. in proemio. ff. ⁊ Cardi. in cle. j. §. porro. referũt ⁊ discutiũt: ⁊ eis examinatis/nr̃am opinionẽ quã vltra alios ponemus corroborabimus. Et p̃mo videt᷑ dicendũ: ꝙ nõ valet talis concessio: quia vt dicit glo. in. d. auc. impator dr̃ augustus: vt in proemio ın. insti. ab

hic vsq; ad. ꝯsũ non obstãt fuit ⁊. argu. ꝙ donatio per cõstant. facta ecclesi. nõ valet.

augēdo: sed si donatio illa valuisset: iā no
mē augusti desineret. ¶ Preterea posito
q̄ valeret respectu donātis: tamē successo
ri nō potuit legē ponere: quin successor p
predecessorē alienata reciperet. Et in hoc
etiā videtur ꝯcordare glo. in d. c. ego ludo
uicus: cum allegato. c. non liceat. xij. q. ij.
¶ Preterea ꝛ tertio fortissime arguit glo.
in d. auc. quia pturbaret opus: si clerici in
tromittunt se in temp̄alibus. l. placet. C.
de epis. ꝛ cle. facit tex. ipsius pape. in. c. di
uersis fallacijs. de cleri. coniuga. ꝛ est tex.
in. c. q̄m̄. x. dis. ꝛ. c. cū ad verū. xcvj. dis.
¶ Item quarto fortiter arguit. d. glo. iam
habemus q̄ papa diuinis ministrat: sed
imperator humanis preest: vt in auc. quo.
opor. epis. in p̄n. ꝛ d. c. q̄m̄. x. dis. ꝛ. c. cū ad
verū: ꝛ. c. duo. xcvj. dis. sed vn᷒ non debet
habere duorū officiū. ff. de pac. l. si plures.
ꝛ hoc fortificat: nā iam ecclia tenet: q̄ duo
sunt luminaria magna: vnū maius: p qd̄
denotat papa: aliud minus / p qd̄ designat
imp̄ator. c. solite. de maio. ꝛ obe. Si ergo
donatio illa valeret: redūdarēt plā incon
ueniētia. Primū q̄a aut papa est inferior
imp̄atore respectu tēpaliū. Et sic recogno
scit in superiorem imperatorē / et hoc mo
do non est dicendū: vt late diximus supra
in scḋa questione p̄ncipali huius scḋe par
tis. Si ergo non est inferior: oportet dice
re: q̄ sunt duo vicarij dei equales in tem
poralibus. Et ita etiā ex hoc sequeretur: q̄
in papa representarent illa duo lumīaria:
luminare mai᷒ respectu spiritualiū: ꝛ lu
minare min᷒ respectu tēporalium sibi do
natorū. Et vt diximus in d. scḋa questiōe
principali: ꝛ etiā in tertia hui᷒ scḋe partis:
tota societas humana representat vnū cor
pus fictū. Si ergo valet illa donatio: aut
est papa inferior imp̄atore: ꝛ hoc ꝓcedere
nō potest: aut equalis: ꝛ tunc erūt duo ca
pita in vno corpore qd̄ est mōstrū in natu
ra: ꝛ esse nō potest. c. quoniā. de offi. ordi.
¶ Itē. v. q̄a seq̄ret aliud absurdū: q̄a si do
natio illa valeret: similiter etiā posset dimi
nuere totū imperiū: qd̄ esse nō debet. ar.
tex. in auc. quo. opor. epis. §. si. Preterea
etiā aliq̄s alias ratiōes ꝓ ista parte refert
Cardi. in cle. j. §. porro. ff. de iu. iur. videli
cet q̄ officiū imp̄atoris est ad vitā: ergo de
iure officij disponere neq̄t in preiudiciū
successoris. ff. de iuris. omi. iudi. l. eum q.
et aliqua alia satis leuia dicit: quem vide.

Preterea pro hac parte facit ratio quedā
inno. in. c. bone. el. ij. de postu. p̄la. in alijs
terminis: vbi dicit: q̄ cū papa habeat ple
nitudinē potestatis circa spiritualia: ꝛ eā
habet a deo tantū: ꝛ ideo est īmutabilis.
xxj. di. in nono. ꝛ. c. sequē. xxij. dis. om̄es.
xcvj. dis. imp̄ator. di. v. §. j. ideo nullus po
test querere possessionē que ei preiudicet.
ex hac ratiōe probari videtur hec opinio:
quia vt cōclusimus supra in scḋa principa
li questione hui᷒ partis imp̄ator habet hāc
potestatē a deo. Sed ea que a deo sunt di
cūtur īmutabilia / vt premissū est: ergo im
perator nō potest dare pape aliquid quod
sit de imperio. Preterea p hoc restringit
tex. in. l. legatus. ff. de offi. presi. qui est il
lius acutissimi ingenij papiniani: q̄ impe
rator nullo pacto potest abdicare a se iuris
dictionē: hoc est merū imperiū: q̄n rema
neat in eo iurisdictio: et sic patet q̄ iurisdi
ctio illa in illis rebus donatis remanet pe
nes imperatorem.
¶ Preterea decimo pro hac parte adduco
auctoritatē dn̄i nr̄i: quia cum petrus dice
ret. Ecce duo gladij: respondit christus sa
tis est. Et cum vellet exercere gladiū tem
poralem: dixit sibi. Mitte gladium tuum
in vaginam. Ex quo dicit Abb. in. c. nouit.
de iudi. ꝛ omnes alij cōcordant: xp̄s prohi
buit petro / ꝛ successoribus exerciciū gladij
tēporalis. Igitur eo quod sibi est vetitum
per deum: nō potest vti papa per cōcessio
nem imperatoris: cū illud principiū am
borū videlicet sacerdotij ꝛ imperij prohi
buit: ne vteretur papa gladio temporali:
nec imperator gladio spirituali vti potest.
¶ Non obstant quedam fragilia que ipse
Bar. refert in. d. proemio. ff. ve. que fuerūt
Guil. de cu. ꝛ Cardi. in d. cle. j. post Pan.
q̄ concessiones principū habent specialia
multa. l. cum multa. de vo. que. li. Et sic
ex quadam benignitate et specialitate va
lent: et q̄ illa iurisdictio erat imperatoris
tempore quo donauit: et sic donare potu
it. Item q̄ donādo ecclesie: omnis immē
sitas dicitur mensura: vt in auct. de non
alienan. §. scimus. Et sic valet donatio:
maxime quia ecclesia et imperium viden
tur fraternizare. vt in auctent. quomodo
opor. episco. §. j. Sed frater non tantum
donare potest: immo etiam debet dotare
sororem. l. cum plures. §. fina. de admini.
tu. Et sic non solum valet donatio Con

hic fiūt
argu. q̄
dc̄a do
natio ec
clesie fa
cta valu
it. ꝛ etiā
respōde
tur ad.
ꝟ. sꝫ ego
ꝛc.

ſtantini tanq̃ fratris: immo tenetur eam dotare. Preterea dicunt id quod fit in ſignum remunerationis: non dicitur donatio, l. ſed ſi lege. §. conſuluit. ff. de peti. here. ſed Conſtātinus fuit curatus a lepra p̄ Silueſtrū papā: igitur illa donatio erat remuneratoria. Sed hoc magis videtur ſapere hereſim: cum inueniamus prohibitum lege diuina: vt patet. iiij. regum. c. v. nam licet naaman fuerit mundatus lepra ab heliſeo: tamen noluit accipere aliquod donum propter hoc: immo quia Giezi ei⁹ famulus accepit aliquid ſecrete: cecidit lepra naamā in Giezi: et ſic illa donatio nō poteſt dici remuneratoria: q̄a propter gratiam non licet aliquid recipere: quia illud nō procedebat a papa/ ſed a deo: a quo p̄ncipio procedunt ſacerdotiū et imperium. Item ad id quod dicit imperium et eccleſia fraternizant: dic ꝙ hoc deuiat a vero. Eccleſia enim eſt mater omniū: et imperator eſt filius: immo debet eſſe membrum corporis myſtici fideliū: cuius corporis papa eſt caput: vt diximus ſupra in ſcd̃a queſtione principali huius ſecunde partis: et ſic nō procedit hoc argu. nec ſupradicte rationes: ⁊ alie que ponuntur per Cardi. in d. de. j. §. Porro. faciunt aliquid: quibus cum leuia ſint facilis patet reſponſio ex ſupradictis et infra dicendis.

¶ Item nō eſt bona reſponſio Bar. ad d. l. legatus. ff. de offi. preſi. dum dicit ꝙ imperium et eccleſia proceſſerūt a deo tanq̃ a cauſa efficienti: d. auc. quo. opor. in p̄n. ergo donando eccleſie abdicat a ſe: et dat in manibus ſuperioris: ſicut eſt ipſe deus: Sed papa eſt vicarius eius: ⁊ ſic quaſi ipſi deo donare videt̃. Sed ad hoc reſpōdeo: nam licet verum ſit ꝙ eccleſia et imperiū ab vno principio videlicet a deo procedāt: vt d. auc. in p̄n. tamen ex eodē tex. confunditur eius reſponſio: quia ſicut ambo procedunt a deo: ita ſunt eius vicarij in terra: vnus videlicet papa in ſpiritualibus: ⁊ alter ſcilicet imperator in temporalibus. Et quāuis papa ſit vicarius dei in ſpūalibus: ⁊ ſpiritualia ſint multo digniora: et ſic in eius manibus poſſunt iuriſdictionē ſpiritualem habentes renunciare: quia eſt eorum ſuperior. c. deniq̃. vj. q. iij. non tamē eſt vicarius dei in tēporalibus: quia alias duo eſſent vicarij in temporalibus: qd̄ eſt impoſſibile: vt ſupra diximus. Et cum imperator non recognoſcat aliquē hominem in ſuperiorē in tēporalibus: in quibus ipſe ſolus eſt vicarius dei: ⁊ ſic donando pape non dicitur dare deo iuriſdictionē: cū papa non ſit vicarius dei in temporalibus. Preterea ex eiuſdē Bar. reſponſione ſeq̄retur abſurdum ⁊ impoſſibile: quia imperator dando totum imperium eccleſie: videretur renūciare in manibus ſuperioris: qui eſt deus. Cum igit̃ quilibet poteſt renunciare in manus ſuperioris: et ita imperator dando totum imperiū pape/ iam abdicaret a ſe totā iuriſdictionē: quia ratio Bar. ita eſt generalis in toto/ ſicut in parte: ⁊ procedit tex. in. l. q̄. de tota. ff. de rei ven. Preterea ſequeret̃ etiā aliud magis abſurdū ⁊ impoſſibile: quia etiā ſi teneam⁹ opinionē illorum: qui dicunt ꝙ in papa remanſit iuriſdictio temporalis habitu: tamē dn̄s prohibuit ne vteretur gladio tēporali: ⁊ ſic imperator in dando: vteretur contra preceptū domini: ſicut papa in accipiendo. Et ita etiam reijcitur ratio illoꝝ q̄ dicūt: ꝙ ideo valet dicta donatio: quia res de facili reuertitur ad ſuam naturam. c. ab exordio. xxxv. diſ. quia id qd̄ fit cōtra prohibitionē diuinā: non pōt dici ꝙ reuertat̃ ad ſuam naturā: quia lex diuina nunq̃ eſt contra naturā. c. fi. vj. diſ. immo eſt a natura ꝙ impleamus preceptū dei: videlicet ne vtatur papa tēporali poteſtate. Et tex. eſt in. c. quoniā. x. diſ. ⁊. c. cum ad verū. xcvj. diſ. ⁊ d. c. diuerſis fallatijs. de cle. cōiug. Itē quia dicerent̃ duo capita in vno corpe ſocietatis hūane: vt. ſ. dictū eſt.

¶ Sed ego ſub correctione ſancte matris eccleſie ⁊ imperatoris loquēdo: neutram dictarū opinionū ſcd̃m eorū intentiones dico eſſe veram: nec defendi poſſunt: nam hec vltima non procedit per rationes ſup̄ deductas. Item nec etiā prima: quis enī audet dicere: ꝙ tot ſancti pontifices viri ſūme perfectiōis ⁊ miraculis glorioſi: qui omnia tēporalia vt ſtercora arbitrabātur: quorū doctrina fulget eccleſia ſicut ſol: ꝙ huiuſmodi tēporalia contra iuſticiā ac dei voluntatē detinuiſſent: imo poti⁹ vſq̃ hodie cōtradictores eorū formidabili vidim⁹ morte cōſumatos. Igitur abſoluēdo hanc queſtionē (que nunq̃ hactenus extitit bene determinata) aſſumo medium.

Hic aſſumitur mediū qualr̄ dōatio facta eccle p̄ cōſtantinū valet ⁊ tacite rn̄detur ad argumenta i p̄ma parte facta.

¶ Nā ſacerdotiū et imperiū ab vno ⁊ eodē principio (puta deo) procedūt d. auct.

quo. opoz. epis. col. j. in prin. Et sicut in co est vnitas: ita debet esse vnio inter papam et imperatorẽ. Ideo dicit ibi: ꝙ sic vtraqꝫ potestas humanã vitam exornant. Et nihil est tam studiosum imperatori sicut sacerdotũ honestas. Sed vt late declarauimus supra in secũda questione principali huius secunde partis: ⁊ in quinta questione principali sup̃ in prima parte finis vtriusqꝫ potestatis est diuersus: nam sicut papa diuinis ministrat: ⁊ finis iuris diuini est beatitudo eterna: ita imperator humanis preest. Et finis iuris hũani est btitudo tẽporalis societatis humane. Et cuz imperator debeat esse catholicus: et sit mẽbrum ecclesie/ cuius caput est papa: ideo ꝓ eterna vita pontifice indigeat. Tamen vt dicit textus in d. c. cum ad verum. xcvj. dis. ꝙ pontifices Romani etiam pro tẽporalibus indigent imperatore. Et vt dicit tex. in. c. siq̃s obiecerit. j. q. iij. sicut nec anima sine corpore corporaliter viuit: ita corporalis ecclesia sine rebus corporalibus in nullo proficit. Et licet imperator in tẽporalibus sit caput/ nõ tamen in diuinis potest presidere. Ita etiã pape deo militãti secularis negotij presidentiã deus non dedit: sed pro cursu temporaliũ tantũ legib⁹ imperialibus vteretur. d. c. quoniã. x. dis. nimirũ Constãtin⁹ imperator videns ꝙ papa indigebat illis tẽporalib⁹ pro spiritualibus sustinendis iuxta. d. c. siquis obiecerit. Licite potuit illa donare: immo tẽpore necessitatis cum toto imperio debet papã adiuuare: ⁊ viceuersa papa imperatorem armis spiritualibus: etiã dictis bonis tẽporalibus que possidet pro conseruatione spiritualiũ tenetur defendere imperiũ. et propterea dicimus ꝙ papa habet iurisdictionẽ temporalẽ: non principaliter ad finem beatitudinis tẽporalis: sed habet accessorie ad finẽ conseruãdi tẽporalia q̃ habet pro cõseruatione potestatis spũalis: ⁊ sic ad finẽ beatitudinis eterne: quia vt diximus: spiritualia nõ possunt stare sine tẽporalibus. Et adhunc finẽ dumtaxat vtitur papa illis tẽporalibus; q̇a alias imperator diceretur supra papam quo ad dicta temporalia/ quod nõ est verum. Quia papa vtitur accessorie ad suum finem: et illud dicitur ꝑncipaliter finis: ad quod intellectus finaliter tendit: vt dicit Barto. in. l. ambiciosã. ff. de dec. ab ordi. fa. et ad istũ finem nõ solum dictis rebus donatis vti potest papa: actu dũ opus est. Sed etiã imperatore ⁊ eius tota potestate tanꝙ caput ecclesie cum causa: vt puta si inimici fi dei catholice venirent ad diminuendũ fideles ⁊ contra fidem catholicã. quia vt dicit tex. ⁊ ibi Abb. not. in. c. venerabilẽ. de elec. imperator est aduocatus et defensor ecclesie: ⁊ tenetur ecclesiam pro posse defendere ⁊ exaltare. cle. ne Romani. de elec. lxiij. dis. c. tibi dño. ⁊. c. ego ludouicus. et ad hoc tenentur etiam alij principes. tex. est in. c. principes. ⁊. c. regũ. xxiij. q. v. ideo si sine causa denegarent impendere auxiliũ ecclesie oppresse: possunt deponi. c. venerabilem. de elec. ⁊ ibi glo. nõ p rationẽ Abb. sed quia sũt membra ecclesie. Et ita etiam imperator ⁊ alij principes vtuntur subsidio spiritualiũ: quia vt dicit tex. in d. c. principes sunt intra ecclesiã: hoc est de congregatione fidelium ⁊ membra ecclesie/ cuius caput est papa. Hinc est ꝙ epi et alij prelati cum abundant tẽporalibus/ et president in spiritualibus: quia interest principis ꝙ tales prelati sint sibi fideles pro cõseruatione tẽporalis potestatis: solent prouideri per papam ad nutuz imperatoris ⁊ principuz: imo si videt causaz suspitionis licite se opponit princeps terre: nõ solũ promouẽdo/ sed etiã ꝓmoto: vt dicit inno. in. c. quod super his. de vot. ⁊ vo. redẽ. ⁊ Abb. in. c. super his. de accu. Unde etiã aliquãdo per papã fuit concessum imperatori: vt ad nutum eius eligeretur papa. c. adrianus. lxiij. dis. et eius decretuz requirebatur. c. agato. eadem dis. imo sacerdotũ oratiõibus recipit suffragiũ imperator. d. auc. quo. opor. epis. in p̃n. Et per hoc patet: ꝙ per illam donationẽ factã pape Siluestro non diminuitur imperium: quia dum opus est papa auxiliatur imperatori: maxime nunc/ q̇a tenetur sibi obligatione antidotali (que naturalis est d. l. sed ⁊ si. §. cõsuluit. ff. de peti. her.) propter dictam donationẽ: ⁊ sic non erunt duo capita in vno corpore: sed vnũ tantũ in temporalibus/ et vnum in spiritualibus habito respectu ad fines eorum. Et ideo quicquid dicat Abb. in. c. quod clericis. de for. compe. ⁊ ibi Marianus soccinus: dico ꝙ inter laycos licet Romane ecclesie sint subiecti: cause debẽt decidi scḋm iura ciuilia: ⁊ imperator non abdicauit a se illam pote

statē legis condendi super eos: dū modo propterea spiritualia in cōseruatione sui non recipiant detrimentū: nec. c. si duo. §. denicꝫ de appel. alle. ꝑ eos dicit cōtrariū. quia licet ibi in terris ecclesie subiectis valeat ad papam appellari: nec nos cōtrariū dicimus: quia papa exercet illam iurisdictionē vt premissum est: sed non dicit tex. ꝙ tunc inter laycos cause non debent decidi scđm iura ciuilia: imo ligātur lege generali ꝙ imperator facit: qđ imperator nō abdicauit a se. d. l. legatus. ff. de offi. presi. Sed propterea papa non vtitur illa iurisdictione tēporali: tanꝙ in hoc sit subditus imperatori: sed quia opus est et ꝙ sic exerceat accessorie pro cōseruatiōe spiritualiū / iuxta tenores donationis sibi facte: et accessoriū sequitur naturā principalis. ⁊ tex. in. c. nouit. de iudi. ⁊. c. cum causam: qui. fi. sunt legi. quos pro se allegāt: potius faciunt contra eos: quia in eis papa fatetur se nō habere iurisdictionē nisi propter peccatū. Et papa si videt dictā donationē sibi expedire pro defensione et manutentione spiritualiū: retinebit. Alias vero si viderit dicta bona donata sibi esse impedimento ad diuina exercendum. Iuxta d. c. diuersis fallacijs. ⁊. c. qm̄. ⁊. c. cum ad verū. poterit se exonerare. Alias vero si viderit eis indigere pro conseruatione spiritualiū: imperator non posset per se illam donationē reuocare: sed potius adinuicē debent se iuuare vt supra dictum est: etiaꝫ ad subijciendū reges ⁊ principes mundi: si quis fuerit rebellis in nō obediēdo imperatori / tenet papa sibi auxiliari. Et hoc etiā sentit Inno. ⁊ post eum Abb. ⁊ Marianus in. c. licet ex suscepto. de for. cōpe. ⁊. c. nouit. de iudi. Abb. Si vero reges et principes mundi recognoscēdo imperatori obedientiā: et sibi esse subiectos: sint vigiles ⁊ soliciti in ministranda iusticia subditis: imperator nō se intromittit in eis. Si vero fuerint negligētes in administratione iusticie: siue aliqs nō bene regit prouinciā sibi cōmissam: impator hoc casu curare tenetur. Exēpli gratia sacratissimus impator Carolus tanꝙ rex Hispanie habet plures duces / marchiones / comites / ⁊ alios dn̄os sub se: q̄ habent ⁊ exercent qlibet in suis terris merū et mixtū imperiū: non se intromittit in aliquo: nisi in defectum et negligentiā dictorū ducum / marchionū / ⁊ comitū. Siliter se habet tanꝙ imperator erga omnes reges / ꝑncipes / et cōmunitates mūdi. Et ad hoc quādo opꝰ est: tenet papa prestare auxiliū imperatori. Et sic vides quanta vnio sit imperij et ⁊ sacerdotij ad inuicem: licet fines sint diuersi: quia nec papa pati debet ꝙ imperiū patiatur detrimentū. Imperiū vero recipit augmentū et vigorē quādo spiritualia bene et prospere se gerunt: cum sit principalius membrū ecclesie: et papa caput in his que eternā vitam cōcernunt: sed in tēporalibus ad beatitudinis tēporalis finē solus impator est caput. Et per hec patet responsio etiam ad argumenta q̄ pro prima opinione fuerunt facta: et sic ablatum est scisma: qđ videbatur esse inter papam ⁊ imperatorem: super dicta donatione facta per Constantinū ecclesie.

Tertia pars.

Istam tertiā partem examinabimus ꝑ tres questiones principales.
In ꝑma q̄stione dicet de lege animata.
In scđa q̄stione dicetur de lege scripta.
In tertia quedaꝫ questiones vniuersales decidentur pro conclusione circa iustificationem legis.

Prima q̄stio principalis.

Ista questio principalis continet sub se nouem questiones. Prima quotuplex sit lex animata. Scđa q̄stio de lege diuina. Tertia an sit fiēda disputatio de iustificatiōe legis diuine. Quarta q̄ est lex animata hūana. Quīta qt modis accipit hec lex aīata hūana. Sexta an lex aīata semꝑ sit iusta. Septima an detur noticia si lex animata que nunc est: sit iusta in orbe. Octaua an procedat questio: an sit meliꝰ regi iusto rege / vel iusta lege. Nona an interest rei publice ꝙ lex aīata sit iusta.

Primo quero q̄tuplex est lex animata: Prima q̄stio. dico ꝙ est duplex / videlicet diuia ⁊ humana: et sicut lex diuina est iusta: ita etiā debet esse lex humana: quā ad sui silitudinē creauit: nec potest discrepare ab hac lege diuina: quia si cōtrariaretur tanꝙ irrita penitus veniret excludenda. c. fi. vj. dis. et

c. quo iure. viij. dis. quia illa iura debēt intelligi in lege animata sicut in inaniata.

ij. q̄stio. ¶ Secūdo quero de lege diuina: ⁊ dico q͂ illa est deus/et semper viuit: et mundū perpetua ratione gubernat: ⁊ recti censura iudicij celestia pariter ⁊ terrena disponit. c. j. de reli. et vene. sanc. in. vj. et hec dicit' lex naturalis siue p̄uata. de qua in. c. due. xix. q. ij. q̄ est participatio diuini luminis in creatura rationabili. Et hoc modo debet accipi hec lex diuina in creatura: nō scdm se/quia tunc idem esset cum essencia diuina. Sed scdm quod vult se participare circa creaturas: vt dictum fuit supra in p̄ma pte in scda q̄stione tertie p̄ncipalis q̄stio.

iij. q̄sti. ¶ Tertio quero. an sit disputandū de iustificatione eiusdē legis diuine. Ad hoc respondet propheta dauid. ps̄. xviij. q͂ non: quia lex domini īmaculata: testimonium dn̄i fidele: preceptū dn̄i lucidū: iusticie dn̄i recte: iudicia dn̄i vera iustificata in semetipsa: ⁊ hec lex dei in hoie semꝑ viuit.

iiij. q̄st. ¶ Quarto quero: que est hec lex animata hūana. Dico q͂ nihil aliud est: nisi illa participata similitudo dei: quod nos ius naturale dicimus. Et illa participatio legis eterne in hoie dicitur lex animata. Et hoc quomodo est: diximus supra in prima parte: in tertia q̄rta. vj. vij. q̄stionibus. tertie q̄stionis p̄ncipalis.

v. q̄stio. ¶ Quinto quero: quot modis accipit' hec lex animata humana. Dico q͂ dupliciter. Uno modo scdm qd est priuata. Alio modo scdm qd est publica. Priuata dicitur illa scdm quā quilibet homo viuit in hac/ꝑ legem illam eternam: que est in corde cuiuslibet scripta. De qua in d. c. due. xix. q. ij. Et ne decipiaris: quia diuersimode sumitur hec lex priuata: de qua supra in secūda questione huius principalis questionis diximus. Ibi eniꝫ accipitur s̄m qd est in regulāte: et illo modo semꝑ viuit. matthei. c. xxiiij. Celum ⁊ terra transibūt: verba autē mea non preteribunt. Sed in hac questione accipimus: scdm qd hec lex animata priuata est in regulato/hoc est in homine. Et intellige hoc/siue ī lege diuina: siue humana priuata: hoc est/siue in ea q̄ tendit ad felicitatē eternam: vel in ea que tendit ad beatitudinē humanam. De qua diximus supra in scda parte/in scda q̄stione prime principalis questionis. Sed lex animata publica est homo: qui auctoritatem habet ad curam multitudinis hoīm: et hec est lex de qua locuturi sumus: et sūt due leges: vna que diuinis ministrat: alia vero humanis preest. c. duo. xcvj. dis. ⁊ in auc. quo. opor. epis. in prin. cola. j.

¶ Sexto quero: an lex animata semꝑ sit iusta. Pro solutione huius questionis vj. q̄sti. distinguo: aut loquimur de lege animata suprema: prout sunt papa/⁊ imperator: aut de lege aniata inferiori: prout sunt reges/⁊ alij principes/siue cōmunitates habentes legis cōdendi auctoritatē aut exequendi potestatem. Si dicimus de supremis: dico q͂ papa semꝑ est iustus: que est lex animata in diuinis. tex. est de hoc in. c. non nos. xl. dis. vbi dicitur q͂ papa sanct' eligitur: aut sanctus efficitur. Si ergo papa qui habet potestatē supremam a deo: q̄ ad ea q̄ beatitudinē eternā spectāt: est sanctus. Et ex eo non est dubitandū ipsū esse sanctum: quia apex tante dignitatis ipm attollit. Eadē etiā militat ratio in imperatore: q̄ habet supremā potestateꝫ a deo: in his que ad beatitudinē humanā pertinent: ideo non est dubitandū ipsū esse iustum: queꝫ apex tante dignitatis attollit. Et sic ratio illius. c. non nos. procedit etiā in imꝑatore/sicut in papa. Itē hoc probo ratione infallibili: supra enim in scda parte in tertia p̄ncipali q̄stione per plures rationes ⁊ iura probauimus imꝑatorē esse dominū totius orbis: et qd nullus potest esse exemptus in tēporalibus ab eo: et sic est caput totius societatis humane: sicut papa est in spūalib': si ergo oīa sua sunt non potest cadere in eo iniusticia/dico respectu temporaliuꝫ: īmo tanq͂ imperator potest totū mūdū vendicare: vt dicit Bar. in extrauagā. ad rep̄mēdā. Et sic subijciēdo sibi rebelles quoscūq3 iuste facit: ⁊ postq͂ subiecerit eos: sunt eius membra: ⁊ nō potest cadere in eo affectio particularis: ⁊ sic cogitat semper de bono cōmuni: et ita procedit tex. in. d. auc. de her. et fal. in p̄n. Et sic totus mundus esset in pace et tranquillitate: prout erat tēpore Octauiani: ⁊ etiā Iustiniani. Sed quia lex aīata inferior/prout sunt reges ⁊ alij de quibus supra qui cōmunitatis multitudini presunt: cuꝫ omnia in tēporalib' non sunt sua: aliquādo cupiditas (que est causa perturbatiōis iusticie/vt dicit' in proemio decretaliū) excecat corda aliquorū: et aliena querere/et

retinere cupiunt: et ne ipsa restituant imperatori (qui est caput) rebellionē parāt. Ex quo veniūt dissensiones guerre ⁊ perturbatiōes in orbe. Et sic potest esse ⁊ est aliquādo hec lex animata iniusta: q̄ proprie non dicitur lex: de quibus dici potest illud esaie. x. Ve vobis qui conditis leges iniquas. Et in hac lege animata veri⁹ potest verificari tex. in. l. ij. §. post originē. ff. de orig. iuris. Parum est iura in ciuitatibus esse: nisi sit aliquis iuris peritus: per quē possit quottidie in melius produci: et sic reges et principes debent tenere iurisperitos. Sed quia aliqui habēt iuris trāsgressores nullo dogmate fultos: zelo mag͛ amaritudinis vtilitat͛ ⁊ glorie proprie cupidos. Iuxta. c. sunt nōnulli. xvj. q. j. qui positi sunt in gubernatione: efficiunt ruina multorū: iuxta. c. ita corpori. xj. q. iij. de quibus dicemus in quarta parte: vtinā conuertantur ⁊ intelligant: ⁊ ne sint similes iumentis insipientibus. Altas autem veniet super eosdem iuris transgressores pena: q̄ talibus imponitur: in. d. c. ita corpori. Et si indurati permanserint: irruet super eos ira dei: iuxta. c. ve qui dicitis. xj. q. iij. cum non possint pretendere ignorātiam: iuxta ea que latissime dixim⁹ in. iij. q̄stione principali sc̄de partis: et sicut obediunt omēs fideles in spūalibus pape: ita etiā omēs fideles in tēporalibus obediāt imperatori et cōgregentur omnes christicole cōformes cum capite/ qui est imperator: quiqꝫ cōmunis est omniū dn̄s: et ipse reddet vnicuiqꝫ qd̄ suū est. Et ne pro tēporali gloria animas et corpora perdant: et alios perdere faciant: vt dicit in. d. c. ve. ⁊ si fuerint obediētes capiti: tunc idem imperator vndiqꝫ viros prudētissimos ⁊ cōmunes oībus eliget: et quiescemus in iustitie et pacis tranq̄llitate: infideles qꝫ ad imperij obedientiam iure reducētur: effectus enim legis animate sicut scripte per ipsos iurisconsultos accipitur. Et verificatur tex. in. d. l. ij. §. post originē. ff. de orig. iur. et tunc per eoundem legum scientiaꝫ in melius reformātur: cōspicientes se non ad dominādū/ sed ad coercendam proteruorum nequiciā: vt a maleficijs desistant in prouincijs reges esse constitutos. Vtinam saperent ⁊ intelligerēt/ ⁊ plaga quā super fideles imminere sentimus: super infideles conuertatur. Sed ea q̄ dixim⁹ vēdicant sibi locum: quando voluntas p̃ncipis ratione regulatur.

Septimo q̄ro: an sit aliq̄ noticia q̄ lex. vij. q̄st. animata q̄ nunc est Carolus imꝑator augustus sit iusta. Dico q̄ sic: et ad hoc reperio in iure quattuor causas. Primā ex parte nationis. Scd̄am ex parte discipline. Tertiā ex parte electionis de eodeꝫ facte. Quartā ex parte sedis. Et primo propter genealogiaꝫ presumitur bonitas in hoīe. tex. est in. l. quod si nolit. §. qui mancipia. ff. de edil. edic. Si nationeꝫ huius Caroli scire velis. Philippus eius parēs potētissim⁹ in orbe: satis in tenera etate gl̃iose dies suos clausit extremos. Sed ei⁹ au⁹ maximilianus quondā Romanorū rex erat: cui etiam in dignitate imperiali succedit. Ex alia vero parte Ferdinād⁹ eius auus/ ⁊ Helisabeth auia primū nomē catholicorum regū merito obtinuerūt: totā Hispaniam cum vtraqꝫ Sicilia ditioni sue iure subiugarunt: et multas insulas/ ⁊ regna infideliū victoriose sibi subijciētes: nunq̄ de acquisitis quicq̄ perdiderūt. Hereses omnes destruentes/ iudeos omēs a suis dominijs expulerunt: et fidem in omībus seruauerūt: ac i tranq̄llitat͛ ⁊ iusticie iugū omnes sibi subditos reduxerūt. Non immerito igitur a natione eidem animate legi iusticia est sociata. Scd̄o ex parte disciplinę: ⁊ a quo ab infantia candeꝫ disciplinam teneat: si scire desideras: ille est qui ante sui assumptionē ad apicem dignitatis summi apostolatus: in peritia iuris diuini et humani inter omēs mortales primatum tenens: totam Hispaniā in summa iusticia vice eiusdem Caroli in pace p plures annos diuinitus sanctissime rexit. Hic est Adrianus papa. vj. a regimine tēporali Hispanie miraculose per vnanimē electionē omniū cardinalium de ipso Rome factam: nō vt ceteri pontifices/ sed deus vt filium suum ex egypto: ita ⁊ Adrianum ex Hispania: vt vices eius in diuinis gereret Romam vocauit: vt sicut prius vt stella discipulū ad iusticiam erudiebat iux ta. c. sup spec. de magis. nūc vero tanq̄ sol lune: ita ⁊ Adrianus papa Carolo imperatori lumē daret. c. solite. de maio. ⁊ obe. Tertio ex forma electionis: quia sicut ille imꝑator Traianus suo tēpore inter mortales ad felicitatē humanaꝫ optimus: ita nunc Carolus eo melior ab vltimis fini-

bus Hispanie mirabiliter deo inspirante per electionē a veris electorib⁹ germanis ad imperiū extitit vocatus. Item quarto: quia vt supra in. vj. questione huius q̄stionis principalis dictum est: dignitas ipsa suprema confirmat: vt nihil nisi qd̄ iustū est appetat: nec aliud cogitare valeat: d. c. non nos. xl. dis. ⁊ dicta auct. de here. ⁊ fa. cola. §. in princi.

viij. q̄st. ¶ Octauo quero: an hec questio procedat videlicet vtrum sit melius regi iusto rege/ q̄ iusta lege scripta: hoc est sub lege aniata/vel inanimata: ⁊ videtur qd̄ sic: candē tamē questionē mouet Bar. in. l. presenti in princi. C. de his q̄ ad eccle. confu. vbi dicit q̄ melius est regi lege iusta aniata q̄ lege scripta: qui in singulis causis iudicat s̄m equitatē que sibi videtur. Sed tu dic contrariū quia vt diximus supra in prima parte/in decima questione/quarte principalis questiōis: propter. iij. rōnes q̄ ibi cōtinentur: melius fuit regi lege scripta q̄ sine scriptis: et ita obseruatur. Si vero loq̄mur de tēpore/quo lex iam est scripta: tūc q̄stio nō procedit/q̄a nisi sit lex animata: qui ius reddere possit per ius dicentes/siue iudices iuris peritos: lex nullius esset effectus. vt dicit tex. in. d. l. ij. §. post origenē. ff. de orig. iur. et sic requirunt̄ simul lex scripta: et iustus rex / siue executor. Quia lex postq̄ est posita seruanda est: ⁊ s̄cd̄m illam debemus iudicare: vt dicit textus in c. erit autē. iiij. dist.

ix. q̄sti. ¶ Nono q̄ro. an intersit reipublice q̄ lex animata sit iusta: hoc est rex/vel etiā imperator: seu papa sit iustus: ⁊ videtur q̄ nō. Primo/quia hec iustificatio imperatoris venit a lege illa priuata: que est scripta in cordibus. d. c. due. xix. q. ij. §. lex vero priuata est: q̄ respicit singularē p̄sonā. Sed lex publica est illa: que vtilitatem confert in communi: que non constituitur in singulares. l. iura. ff. de legi. preterea habem⁹ iura cōia: per q̄ mundus potest in tranq̄llitate gubernari sine dispositiōe leg/ aut similitudine/ aut ɔ̄suetudine. l. de q̄b⁹. ff. de legi. Et si forsan aliqua ɔ̄stitutio venit facienda: data est forma in iure: qualiter sit cōstituenda: vt in seq̄nti principali q̄stione dicem⁹. Et sic videbatur/ q̄ nō multū expedit vniuerso orbi: esse sub iusto p̄ncipe: qui est lex animata. Unde pro solutione predictorū: et declaratione aliquorū terminorū in iure dic: q̄ triplici modo mūdus hactenus extitit gubernatus. Primo s̄cd̄m illam legē priuatā: q̄ fere apud oēs gentes seruabatur. Et isto modo in p̄mo statu iuris gentiū sine constitutione: et in s̄cd̄o statu iuris gentiū cū lege publica scripta homines viuebant: in auct. qui. mo. nat. effi. sui. §. natura. ⁊ tunc in primo statu non erant principes: nisi aliqui tiranni potentiores alijs nonnullos supprimebant. c. fi. §. fi. dis. vj. Item fuit aliud tempus: in quo non erant inuēte actiones: cū quibusdā paucis cōstitutionibus scriptis homines arbitrio paucorū bonorū gubernabant̄. Et hoc modo in initio vrbis manu regia omnia disponebant̄: ⁊ tunc summe opi⁹ erat/ q̄ reges/siue ipsi pauci (quorum arbitrio fiebat dispositio rerū gerendarū) essent boni et iusti: et hec dicit̄ manus regia: de qua in. l. ij. ff. de orig. iur. in p̄n. et. §. in initio. Item fuit tertiū tempus in quo nunc stamus: et sunt principes gubernantes. Et licet hec omnia iura habeamus iam cōdita: tamen ita expedit habere iustā legem animatā in re publica pro eius cōseruatione: sicut eo statu quo manu regia gubernatio hūane societatis fiebat: duplici de causa. Primo q̄: plura quotidie emergunt: que legum laqueis non sunt innodata: super quibus oportet per legem animatā prouidere. l. ij. §. Sed q̄a diuine. C. de vete. iur. enucl. Secūdo pro cōseruanda lege condita/ ⁊ ad tradendū eum executioni (iuxta. l. ij. §. post originē ff. de orig. iur.) expedit reipublice esse sub iusto p̄ncipe: qui si malus esset: posset trās grediēdo siue mutādo iustas leges/ cōdere leges iniquas. iuxta illud esaie. x. Ue q̄ cōdunt leges iniquas. Uel propter aliud: quia si iustus et diligens fuerit princeps: eliget iudices sibi similes. c. tantis daniel. lxxxj. dis. scientia preclaros et experientia probatos. vt in auct. de iudi. ⁊ vt nllat post p̄ncipiū colla. vij. Necessariū igitur est habere principes tales quales supra in. vij. q̄stione huius p̄me p̄ncipalis q̄stionis diximus. Unde est impossibile: q̄ bonū cōe hoim bene se habeat: nisi ille cui cōuenit principari sit virtuosus. Unde philosoph⁹ iij. politi°. eadē est virtus principis et boni viri: nō t̄n est eadē v̄tus cuiuslibet ciuis ⁊ boni viri. Si enim intentio legislatoris sit in bonum s̄m iusticiā siue diuinā regu

lam: sequitur/ q̄ homines boni fiant: sin secus/ quia intentio legis animate fertur ad id q̄ non est bonum cōmune: sed vtile vel delectabile sibi: vel repugnās iusticie: tunc efficiuntur homines nō boni: iuxta illud diuinū dictum Platonis: quales in republica principes esse: tales reliquos solere esse cinco

¶ Secūda pncipalis q̄stio.

Ista q̄stio cōtinet nouē questiones. Prima de noticia legis scripte quādo est iusta/ et quādo iniusta/ quis cognoscat. Scōa q̄re inferior non potest dare rationē legis superioris. Tertia de noticia morū: quādo sunt boni et q̄n do non. Quarta/ de iustificacione legis cōdende. Quinta/ an hec iustificatio legis respiciat vtilitatē priuatā/ vel cōmunē. Sexta: in quo differant lex et cōsuetudo. Septimo/ an mores et consuetudo sint vnuz et idem. Octauo/ ex quo introducitur cōsuetudo. Nono/ qualiter consuetudo differt a prescriptione.

j. q̄stio. ¶ Primo quero de noticia legis humane scripte qnādo sit iusta/ et quando iniusta. Ad hoc respondendo dico: q̄ non sine misterio dictum est legis humane scripte: q̄a diuersa cōsideratio est habenda in lege cōdenda: vt infra videbis. Rem enim arduā ac difficilem aggredimur: non q̄ in se habeat difficultatem in lege scripta: sed propter aliqua q̄ per doctores iurium dicunt. Alias enī q̄ res sit clara ostenditur: nam hec est conclusio vera: videlicet/ lex est scripta/ et per consequens iusta: dum tamen non sit cōtra legem diuinam. Hoc probat per tex. in. c. in istis. iiij. dis. dicit tex. augustini in istis tēporalibus legibus quamq̄ de his hoies iudicent: cū eas instituunt. Tamen cuz fuerint institute et firmate: non licebit iudici de ipsis iudicare: sed s̄m ipas. Item hoc probatur alio capite. Lex est fūdata super ratione. c. erit aūt. iiij. dis. et c. cōsuetudo. j. dis. sed tex. in. l. nō omniū. dicit non omniū que a maioribus cōstituta sunt ratio reddi potest: pōdera negatiuā non: quia dū prefertur vniuersali vel particulari inducit cōtrariū eius cui ante ponitur scōm logicos. Ideo glo. ibi in principio bene exposuit: scilicet/ non omniū id est nullorum. Licet postea declinet a vero. Intellige ergo legem: ne sis transgressor legis. Et tene p regula certa: q̄ de lege humana postq̄ est scripta/ nulla ratio reddi potest. Et non sine mysterio Julianus iuriscōsultus hoc dixit: et imperator auctorizauit. Sed pondera tex. ibi: quia dicit a maioribus constituta sunt: quia inferior non potest querere de ratione legis superioris. de. ne romani. de elec. quia superior iudicat inferiorē: et nemo inferior superiorē. c. cūcta. ix. q. iij. sed superior potest de lege inferioris querere: deinde approbare/ vel corrigere. c. j. de consti. in. vj. Et sic de lege imperatoris nullus temporalis potest dicere quare est constituta. Et ideo qui pauca viderunt et parum prospiciunt: facile ad iudicādū de lege imperatoris prorumpunt. Item ideo dicit tex. q̄ inferior de lege maioris non potest reddere rationem: sed successor bene potest iudicare/ et derogare. d. c. j. et c. innotuit. de elec. sed forsan rationē reddere non valeret: vt dicemus in sequenti questione. Non obstat ratio allegata per glo. dum dicit q̄ dictuz iurisconsulti est falsum: quia eoruz que vi ua ratione statuūtur: rationē reddere possumus: sed cum reuerentia glo. et sequentiū loquendo bene potest cōnumerari cuz illis de quibus a principio dixit: q̄ nō intellexerunt illam legem: et certe pauci vel nulli sunt qui intellexerunt eam. Nam si iurisconsulti in aliquibus legibus allegant rationē. Dico/ q̄ illa ratio est: id q̄d statuitur per aliam legem. Vel etiam dico q̄ si aliqua lex est fundata sup ratione viua: de ea possumus dare rationē: sed dico q̄ illa ratio est dispositio ad hoc: vt p eam et scōm eam dispositum per legem intelligatur/ et restringatur. l. cum pater. §. dulcissimis. ff. de. leg. ij. Preterea potest intelligi tex. ibi q̄ non potest dari ratio per alium nisi per constituentē: quia persona loquens siue statuēs non cōprehendit in generali sermone. l. j. et ibi Bar. ff. de sena. et sic illa ratio per legem assignata nō oportet q̄ per alium reddatur.

¶ Secūdo quero/ que est causa quare nō possumus dare rationē de his q̄ a legislatore superiore sunt cōstituta. Et ad hec aduerte tu qui ingenio vales: que a doct. remanserunt abscōdita: supra in prima parte vidisti de lege. q̄d illa est pncipiū et directio actuum hominū: quia lex dicitur esse ij. q̄sti.

regula per quā dirigūtur homines ad pacifice viuendum. Hoc modo vides ꝙ lex ⁊ ratio conuertuntur, d. l. cōsuetudo, j. dis. Et sicut ista ratio est principium humanorum actuum: ita etiam in ipsa ratione est aliquod principium: et istud principium in operatiuis est finis vltimus: vt dicit Bar. in. l. ambiciosam. de decre. ab ordi. faci. ⁊ finis vltimus qui fundatur in ratione practica est humane vite felicitas vel beatitudo: vt diximus supra in prima parte quinta questione principali. Et sic nunc comprehendis clare: ꝙ ista humane vite felicitas consistit in ratione practica: quomodo ergo veniemus in notitiam istius rationis. Ad hoc respondet textus in. c. omnes. ꝑma distin. ꝙ ex moribus hominū: qui sunt actus hominum: actus enim hominum sunt morales: o magna res/quia ex actibus hominum cognoscimus rationem practicam: ex qua iterum actus hominum dirigantur. Et ne mireris: quia ex hoc nunc venies in notitiā qualiter iste leges humane deriuantur a iure naturali: hoc modo videlicet ius naturale inclinat hominem ad bene viuendum. Hoc est quia omnis homo inclinatur naturaliter ad societatem: vt dicit Philosophus primo politicorum. Et sic ad statum pacificū: etiam ad dilectionem. vt ecclesiast. c. xiij. iuxta istas inclinationes naturales faciunt homines suos actus ad pacifice viuēdum: ex quibus actibus que a natura procedunt: fiunt mores inter homines. Et quando iam isti mores cōsuetudine sunt probati: ꝙ expediant hominibus ad bene et feliciter in hoc mundo viuendum: propter hanc experientiam actuum hominū siue mores apprehendit ratio: hoc esse iustum ad finem videlicet beatitudinis humane. Et constituitur lex: et ita dicitur ratio practica propter hoc. Speculatiua vero ratio per alia media procedit: ⁊ ideo licet ratio in homine sit vna: tamē propter media/et fines diuersos recipit nomen diuersum ab effectu. Et sic intelliges dictum Ciceronis in sua Rethorica. Initium iuris est a natura profectum. Deinde quedā in consuetudinem ex vtilitate rationis venerunt: et postea res a natura profectas/ et consuetudine probatas: legum metus/ et religio sanxit. Et hoc modo lex humana moribus consistit: hoc est ex moribus hominū producitur ad conseruādum homines in bonis moribus: et hoc est quod dicit textus. Et ita debes intelligere in. c. fina. §. ius vero consuetudinis post naturalem legem exordiū habuit. Et sic illi boni mores stant in meris terminis consuetudinis: sed quando scribitur dicitur lex. Et hoc sentit etiam textus in d. c. consuetudo. j. dist. Sed quia adhuc humana ratio non potest ad plenum percipere hanc legem eternam: que per actus hominum comprehenditur: vt ad Romanos. c. j. inuisibilia enim dei a creatura mūdi per ea que facta sunt/intellecta conspiciūtur: nō tamen perfecte dictamen rationis humane potest comprehendere hanc participationem diuinam/sed suo modo et imperfecte. Et ideo bene dicit imperator: hoc cōsiderans in. l. ij. §. sed quia diuine. C. de vete. iur. enucle. ꝙ diuine res semper sunt perfectissime. Humani vero iuris conditio semper in infinitum decurrit. Et nihil est in ea/qđ stare possit perpetuo. Si ergo hec ratio practica: (ex qua fit lex) fūdatur in illis moribus: que procedunt ab actibus hominum. Et ideo quia lex humana moribus consistat. Hinc est ꝙ non potest dari ratio constitutionis condite: duplici de causa: quia illa ratio est fundata in moribus: et mores etiam in ratione: quia ratio practica potest iudicare de moribus: et si mali sunt/prohibere. Sed hoc cognoscit habito respectu ad finē/an sint boni. Postea secundum eos constituere: ⁊ propter hoc: quia hec ratio in moribus fundatur: nisi per legislatorem exprimatur: non potest reddi ratio: quia cum matura deliberatione iuxta mores cōstituitur lex prudentum virorum consulto: iuxta. l. j. ff. de leg. conditor enim legis ad plura debet circumspicere in lege condenda: sicut iudex in sentētia ferenda. Et sic si causa non exprimatur: sicut in sentētia non possumus aliquo modo considerare animum iudicis. Ita similiter nec in lege animū legislatoris. Item secundo arbitrium istius rationis ad iudicandum circa mores: et circa tranquillum statum ac pacificum hominum est datum legislatori. institu. de iur. natura. §. sed quod principi. et quod per eum statuitur est habendū pro rationabi-

li. Alias enim si opiniones quorumlibet peterentur: tot diuersitates reperirentur: quot homines inueniūtur vt dicit Augustin⁹. in. c. sicut in sacramētis. de consecra. dis. iiij. Et sic propter diuersitatē animoꝝ diuersa ratio posset assignari: per quā ampliari vel restringi posset cōstitutio legislatoris. d. l. cū pater. §. dulcissimis. ff. de leg. iij. ꝛ sic non possumus nec debemus inuestigare rationē legislatoris: quia propter diuersitatem animi per talem fabricationem rationis peruerti posset intentio legislatoris: nisi talis ratio esset per aliam legem approbata. Et sic vides ꝙ nec glo. in. d. l. non omniuz. nec alij de quibus ibi intellexerunt dictum tex. ꝛ Bal. et alij cōtrarium asserentes in pluribus inquirūt aliter de ratione legis: et licet ratio sit anima legis: non possumus de ea querere: ne peruersio legis fiat: sufficit ꝙ sic statutum est: vt dicit tex. in. l. prosperit. qui ꝛ a qui. lib. no. fi. in p̄ncipio. Ex hoc vides in quanto errore sunt illi: qui de suo naturali presumunt comprehendere rationez ad lites dirimendum: et in quantis peccant iur⁹ dicentes/cognitionem legū non habentes. Sed quid dicemus de eo qui non tantū querit de ratione legis: sed sensum imperatoris (qui cū multa deliberatione vna cum proceribus legem condidit. l. humanum. C. de leg.) reprehendere non erubescit. Si enim inter iurisconsultos de hac ratione disputantes: diuersi diuersa sentiebant; vt patet per discursum. ff⁰ꝝ. ideo vnus alterū sepe corrigit. Propterea si leges nō essent: sepissime scōm se mala multorum ratio licita iudicaret. Et hec intelligo quando verba leg⁹ sunt clara. Si vero sunt dubia; inquantum possumus intentionē legislatoris inquirere debem⁹. c. intelligentia. de verbo. signifi. ex hoc vides: ꝙ multi de ratione disputant: ꝛ que sit ratio ignorant.

iij. q̃sti. ❡ Tertio q̃ro. an valeat dari noticia: q̄ dicant boni mores: sepe enī doctores iurisi: videmus loqui de moribus: ꝛ quod valet res nisi fuerit contra bonos mores: sed super noticia boni moris; vel mali parū dicunt. Nos vero dicimus; ꝙ cū lex humana tractat de moribus: et in moribus consistit/quicquid statuitur per habentē potestatem ad legem condendam dicuntur boni mores absolute: in tantum ꝙ nemo inferior potest de talibus iudicare. tex. est in d. c. cuncta. ix. q. iij. ꝛ cle. ne Romani. de electio. ꝛ semper talis lex est rationabilis. quia supra rationem practicam est fundadata. Hinc est/ꝙ legi imperatoris nullus humanus potest derogare per rationem humanam: quia supremus arbiter rationis practice est solus imperator: vt dictum est supra in tertia questione principali secunde partis: ꝛ si aliquis humanus ponit os in lege imperatoris: sacrilegium cōmittit: quia dei ordinatiōi resistit ad Roma. c. xiij. sed cū ratio diuina sit maior humana: per eā derogatur rationi practice: hoc est per Romanuz pontificem qui in ratione diuina fundatur: in his que sunt anime et ratione peccati cuius cognitio spectat ad papam. c. nouit. de iud. cum similibus. Hinc est/ꝙ si lex humana sit contra legem naturalem: inquantum illa inclinat ad beatitudinem eternam: vel contra legem diuinam/vel canonicam nullius est valoris: et sic est tūc ꝯtra bonos mores: q̄a anima prefertur corpori. Licet enim hec lex humana deriuetur a iure naturali: tamen cum illa vt diximus in prima parte habet suas inclinationes ad felicitatem humanam ꝛ ad beatitudinem eternam: illi actus hominum felicitatis humane: inquantum contrariātur inclinationi ad beatitudinem eternam; que manifestantur per scripturam diuinam: nullius sunt efficacie: et sunt excludende. Et ita debes intelligere tex. in. c. si. dis. ix. similiter etiam cum ius canonicum dependat ex auctoritatib⁹ diuine scripture capitulo: qualiter. el grande. de accusationibus: derogat legi humane: quia fundatur in ratiōe diuina: in his vero que non concernunt peccatum; papa non potest contra legem imperatorum; ꝛ sic habes/ꝙ de moribus qui per legem imperatoris deducuntur: nullus potest discernere: nisi solus ipse papa per auctoritates noui et veteris testamenti. Et q̄ndo papa per legē determinat: statutum ab imperatore concernere peccatum: et standū est per illud. Quodcunq; ligaueris super terram erit ligatum ꝛ in celis: et quodcunq; solueris super terram: erit solutum et in celis: caplo: vt constituerent. l. distin. per precepta constitu-

tionis ex diuinis scripturis deriuate: quarum ipse papa arbiter ꝛ iudex constitutus est a deo in his que concernunt animam. Alias vero nō: vt vidisti in prima parte in secunda questione principali.

¶ Si vero loq̄mur de morib⁹ non scriptꝫ: si isti sunt cōtra legē naturalē diuinam/vl' etiam canonicā: nullo pacto valent. c. fi. de cōsuetu. quia si non valet consuetudo: minus valent mores: quia cōsuetudo in morib⁹ fundatur. c. cōsuetudo. j. dis. si aūt isti hoim mores non inducunt alias peccatū: sꝫ tales sūt q̄ respiciūt bonū publicū: in ea prouincia vbi hoies eisdem moribus vtunt: ideo isti tales mores valent: ꝛ sunt boni ꝛ tenendi: quādo ab oibus sunt approbati; ꝛ vtuntur/ saltim maior pars: et ex his inducitur ꝯsuetudo: q̄ dicitur rationabilis: et eo q̄ tendit ad bonū publicūꝫ hominū. Et derogat legi humane. d. c. fi. de consuetu ex his venies in cognitioneꝫ sequentis questionis.

iiij. qst. ¶ Quarto quero de iustificatiōe legis cōdende tex. in. d. c. cōsuetudo. j. dist. ponit tria requisita in ꝸ. porro. sed tex. in. c. erit autē. iiij. dis. ponit multa alia que requirūtur ad hoc vt lex sit iusta. Ego dico ꝙ sufficit vnū: videlꝫ ꝙ fundet super bonis moribus: de quibus supra in precedenti questione diximus. De hoc est tex. Augustini in. c. que contra mores. viij. dis. vbi dicit. que contra mores hominuꝫ sunt flagitia pro morum diuersitate sunt vitanda. Et si licet ratio practica discernat qui sint boni mores: tamen regula rationis practice ad condendū legem/siue statuenduꝫ sunt mores patrie: vt ex illo tex. infertur: ꝙ pro morū diuersitate oīa que contra mores hominū sunt dicuntur flagitia. Nota pro morum diuersitate: non curo de expositione glo. quia potest verificari pro morū diuersitate vel aduersitate. Et melius est vt in littera iacet: quia non idem mores sunt vbiq̄: quia ea que sunt cōtraria moribus vnius prouincie: possunt cōformari cum moribus alterius prouincie/ vbi non erūt flagitia: ꝛ sic bene dicit tex. diuersitate: et hoc darius adhuc dicit tex⁹ Isidori. in. c. omnes. j. distin. vbi dicit ꝙ humane leges moribus constant: ideoq̄ꝫ he leges humane discrepant: quoniā alie aliꝭs gentibus placent: et hoc fm diuersitatē morū leges humane sunt diuerse scdm mores patrie/ Non intelligas illud verbū discrepat: prout glo. corrumpit/ dicēs: ꝙ referatur ad leges diuinas et humanas: ille intellectus glo. ꝛ doc. est error. Refertur enīꝫ ad leges humanas dumtaxat: alias enim sequeretur quid hereticū: dum subdit tex. qm̄ alie aliꝭs placent: si intelligeretur de lege diuina ꝛ humana. Lex enīꝫ diuina vniformis est semper in omnibus: et vniformiter placere debet: nec leges humane possunt discrepare a lege diuina: vt ibi putat glo. immo tenere debet lex humana pro certo: quicquid statuitur per legem diuinaꝫ: sed debet intelligi: ꝙ leges humane scdm diuersitatem morum prouinciarum discrepant: et in hoc non curat lex diuina: dum tamen non discrepet ab ea: sufficit in lege humana: ꝙ sit statuta scdm diuersitatem morum prouinciarum ad pacificum statū hominum. Et hoc modo intelligitur tex. in d. c. erit autem. iiij. dis. dum dicit erit autem lex: inter alia dicit scdm consuetudinem patrie loco temporiq̄ꝫ conueniens. Hoc etiam ostendit textus in. c. certificari. de sepul. vnaqueq̄ꝫ patria suo sensu habundat. Et sic scdm diuersitatem morum vel equalium cuiuslibet patrie fiunt constitutiones equales vel diuerse. Et ex hoc procedit: quando rex vel alius dominus extraneus/venit ad regimen alicuius prouincie: si moribus patrie non fuerint conformes: semper sunt subditis odiosi. Unde bene dicit quidam poeta. Discite qui populos ditione tenetis ꝛ vrbes: Humanum vobis conciliare gregem. Justiciam colite/ꝛ mores seruate modestos: Rex erit is populi: quem tolleraulit amor. Et hanc esse causam iudico: quare pro reges in regno Nauarre diu stare non valent: quia video eos aliquando/immo vt plurimum exterorum consilio gubernari: legibus regni contra venientes: nec moribus volūt esse conformes. Et quia in hoc male agūt: ordinem nature peruertentes: ideo etiam penam culpe condignam aliquando eos sustinuisse videmus. Unde prouidendum est super hoc: ne contra leges eorum mores alterare permittant: dum tamen tendant in vtilitatē cōmunē: ꝛ nō vergant in dispendiū salutꝫ eterne. Preterea isti mores hoim possūt etiā dici diuersi: nō solū rōne diuersitatis nationū: veruꝫ etiam ex mutatione conditionū hominū/scdm verita-

tem tēporū: videlicet/ea q̄ vno tēpore erāt
rationabilia: postea mutatis cōditiōibus
sunt rationi cōtraria. Et ita procedit tex.
in.c.nō debet. de cōsangui. & affi. & ex hoc
venit: q̄ etiā in eadem prouincia possunt
mutari leges/& corrigi. Itē requirit enaz
ad iustificationē legis: q̄ sit necessaria: vt
dicit ibi tex.in d.c. erit.iiij.dis. Et ideo nō
bene faciūt qui sine necessitate legem ab
antiquo conditam nitūtur auferre: quia
si nō licet cōdere: multo minus corrigere.

v. q̄stio. ¶ Quinto quero. An hec iustificatio legis
respicere debeat vtilitatem priuatā aut cō
munem. Respōde q̄ debet esse cōmunis:
Primo ratione persone cōdentis: qui vi-
ce multitudinis (cuius curam habet) vti-
tur illa potestate. Tum etiā scdo/propter
effectum legis: ratio/quia cū omnis pars
ordinetur ad totū: sicut imperfectū ad perfe
ctū. Unus aūt homo est pars cōmunitatis
predicte: necesse est/ q̄ lex proprie respici-
at ordinem ad felicitatem cōmunē: scdm
enim philosophum.ix.ethicorum: legalia
iusta dicimus factiua et conseruatiua cō-
munitatis et particularium ipsius politi-
ca cōmunicatione. Perfecta enim cōmu-
nitas: vt dicit p̄mo politi°. ciuitas est: et
in qualibet re qd̄ maxime dicitur: est prin
cipiū aliorum: et alia dicūtur scdm ordinē
ad ipsum: sicut ignis/ qui est causa calidi-
tatis in corporibus mixtis: in tantū sunt
calida: in quantū participant de igne: sic
etiā cum lex ordinetur ad bonū cōmune:
preceptū de particulari nō habet rationē
legis: nisi ad bonū commune ordinetur.
Unde etiaz licet dispensatio videatur cer-
nere cōmodum particulare: tamē proprie
importat cōmensurationē alicuius cōmu-
nis ad singula: q̄a posset esse /id quod est
cōmune bonum: non sit conueniens huic
persone in tali casu: vel quia impediretur
aliquid melius: vel induceretur aliq̄d ma
lū: et tunc est bona dispensatio. Alias se-
cus: cū cogitatio principis semper sit ad cō
mune bonū respiciēs. auct. de here. & fal.
in.prin.col.j. Si enim intentio legislato-
ris fertur ad id qd̄ non est bonū commu-
ne: sed delectabile sibi/vel vtile/vel repu-
gnans iusticie diuine: tunc lex non bonos
facit homines simpliciter nisi in ordine ad
tale regimē malū: et sic bonū inuenitur in
per se malis: sicut dicimus de aliquo bonꝰ
latro: q̄ est multū expertus in latrocinijs.

et sic vides q̄ oportet hec iusticia legis re-
spiciat vtilitatem cōmunē.

¶ Sexto quero: in quo differunt lex & cō vj. q̄stio.
suetudo: & videt q̄ in nullo differāt: quia
lex humana moribus versatur.c. omnis.j.
dis. Iliter & cōsuetudo. c. cōsuetudo. eadē
dis. Preterea tex. in.c.fi.§. ius vero. vj. dis.
legē hūanā vocat ius cōsuetudinariū/& sic
nihil vidētur differre. Itē tertio: quia di-
cit Phs.ij.polit. leges maximā vim habēt
ex cōsuetudine. Sed ad hoc respōdet Ci-
cero in sua rethorica q̄ initiū legis huma
ne puenit a natura: hoc est a iure natura-
li: hoc modo/q̄a res q̄ a natura proficiscunt:
q̄dā veniūt ex cōsuetudine in vtilitatē cō-
munē: & quādo iste res pueniētes a natu-
ra: q̄ sunt mores hoim/sunt iam probate p
ꝯsuetudinē: q̄ redūdāt in vtilitatē cōem:
efficit lex. Et hoc etiā dicit tex. in.d.c. con-
suetudo.j.dis. q̄ innuit. q̄ cōsuetudo ratio-
nabilis & lex nihil differūt: nisi in scriptu-
ra: q̄ dū illa ꝯsuetudo approbata redigit
in scriptis/ efficit lex. hic est q̄ ꝯsuetudo sēp
valet: nisi sit phibita a iure: vt dicit etiam
glo. in.c.ij.de.cle.nō.resi.in.vj. & bar.in.l.
de q̄bus.ff. de leg. duz dicit: q̄ semp valet
cōsuetudo: quādo lex non resistit. Sed in
q̄ntū idem Bar. asserit ibi: q̄ cōstitutiōes
feudorū dicunt cōsuetudines: nō bene di
cit: quia postq̄ sunt redacte in scriptis: iā
sunt leges: vt ex p̄dictis patet: fac. §. na-
tura. ff. qui. mo. nat. effi. sui.

¶ Septimo quero. an consuetudo & mo vij. q̄st.
res: sint vnum & idem. Ad hoc dico: q̄ nō/
quia per consuetudinē probantur mores:
an sint vtiles: deinde fit scriptura: et dici-
tur lex. Si vero in meris terminis mane-
at: dicitur ꝯsuetudo. hoc bene probat tex.
in d.c. cōsuetudo.j.dis. vbi dicitur: q̄ ꝯsue
tudo est ius moribus institutū: et sic sunt
diuersa. hoc etiā probat tex. in d.l. de qui-
bus. ff. de legi. ibi. de quibus casibus scri-
ptis legibus nō vtimur: id obseruari opor
tet: q̄ moribus et consuetudine introdu-
ctum est: & sic ponūtur vt diuersa per copu
lam &. Item quia alias superflue ponerē-
tur: quod nō est dicendū vt in prohemio
ffz. & sic Bar. errauit ibi: dum dicit: q̄ cō
suetudo & mores sunt idem: sed vt clarius
intelligas dic: q̄ oēs actus hoim dicūtur
morales: et quando omnes illi actus ho-
minum in vna re sunt conformes: dicitur
cōsuetudo: quādo diu sunt ita obseruati.

a cō q̄d est simul: ⁊ sic generali⁹ est nomē morū/ꝙ cōsuetudo: q̄a vbi cōsuetudo/ibi mores: nō tamē ecōuerso. Tum quia possūt esse mores duorū vel triū hoim/sed nō oim: tū etiā q̄a possunt esse mores omniū cōformes/tamen non erit cōsuetudo: quia non prescripta tēpore prefinito vt inducatur consuetudo.

viij. q̄st. ❡ Octauo quero. ex quo introducitur cōsuetudo. Bar. dicit: ꝙ cōsuetudo est introducta ex vsu ⁊ moribus eorum: qui vnico ⁊ expresso consensu hoc poterant inducere. sed non bene dicit: imo dico: ꝙ potest introduci vsu et moribus eorū: qui ex vnico actu non poterant inducere: certum est ꝙ consuetudo derogat legi: vt d. l. de quibus. ⁊ ibi Bar. ⁊. c. fi. de cōsu. tamen inferiores per vnicum actū non possunt derogare legi superioris. cle. ne Romani. de elect. bene tamen consuetudine. Itē in eo ꝙ dicit: ꝙ inducitur cōsuetudo per eos: q̄ possunt condere ius et non per alios: non bene dicit Bar. quia vt dictum est per inferiores non potest induci ius contra ius superioris: bene tamen consuetudine.

ix. q̄st. ❡ Nono quero. An cōsuetudo differat a prescriptione. Et licet quedā similitudo sit inter prescriptionē et consuetudinē: q̄a tempore vtraq̄ introducitur: tamen differunt. Et licet Bar. in d. l. de q̄bus reprehēdit pe. ⁊ ci. dicēs ꝙ multa loquūtur: sed finaliter se non intellexerunt: tamen q̄uis Bar. bn̄ se intelligat: non tn̄ intellexit differentiam. Dicit enim ꝙ consuetudo est ius quoddā inductū vsu ⁊ moribus eorū qui vnico actu ⁊ cōsensu poterāt hoc inducere. Et hoc pro ipsis vtentibus/vel contra eos: sed per prescriptionē inducitur quedā acquisitio iuris ⁊ vsus alicuius: q̄d non poterat solo suo consensu inducere p se: et contra alium: vt patet toto tit. de vsu capi. ⁊ prescrip. ff. ⁊. C. vnde dicit ipse: ꝙ ciuitas que dicit se habere merum imperium ex longa consuetudine proprius diceret ex prescriptione. Sed dic. ꝙ in prima parte non bene dicit Bar. quia vt supra proxima questione diximus: contra legem superioris inducitur consuetudo in aliqua parte/vel in toto orbe. c. fi. de consuet. ⁊. c. j. de consti. in. vj. ⁊ per rationes in. d. q. adductas: tamen vnico actu non possent derogare tali cōstitutioni superioris. Dicas ergo differentiā inter cōsuetudinem et prescriptionē esse: hoc modo/q̄a per consuetudinē inducitur ius sine preiudicio tertij. Et hoc est q̄d moribus introducitur in aliqua parte sine preiudicio tertij/dicitur cōsuetudo: quia nullum ius alterius acquirit: hinc est ꝙ cōsuetudo rationalis dicitur lex non scripta. c. consuetudo. j. dis. Sed prescriptio dicitur: quādo ius tertij cursu tēporis a iure prefiniti acquiritur: vt per totum ti. de vsuc. et prescript. ff. ⁊. C. Sed in eo q̄d Bar. dicit de ciuitate/vel domino qui acquirunt iurisdictionē: potest intelligi dupliciter. Uno modo/q̄n do prescribit iurisdictionē quam alius habet: et priuatur iure suo tertius: tunc bene dicit Bar. Si vero aliqua ciuitas/rex/vel cōmunitas acquirit iurisdictionē sup aliquā multitudinē: tunc dico ꝙ habet ex cōsuetudine: quia non acquirit aliquod ius alterius. nā vt supra tertia principali questione secūde partis per multa media cōclusimus: licet alique ciuitates/vel reges acquirant merū imperiū: non propterea fit preiudiciū imperatori in auctoritate/seu mero/vel mixto imperio: q̄d erga oēs habet.

❡ Tertia principalis q̄stio.

Ista questio principalis habet sub se quattuor q̄stiones. Prima q̄stio: an ius humanū valeat cōtra ius naturale/siue diuinum: et an possit derogare naturali/seu diuino iuri. Secūda an libertas sit de iure natali. Tertia: an obligatio sit de iure naturali: ⁊ vnde prouenit. Quarta: quo iure est introductum dominium.

❡ Primo quero: an lex humana possit iustificari: ⁊ sic valeat cōtra ius naturale: et ista q̄stio est vna de difficilioribus in iure: ⁊ doct. pede sicco pertrāseunt: affirmantes ꝙ bene potest valere ex causa. Et hui⁹ opinionis fuerunt principaliter Inno. in. c. quia plerique. de immu. eccle. ⁊ Bar. in. l. j. de cōsti. pn. ⁊ oēs alij p̄cedētes ⁊ sequētes vsq̄ ad hec tēpora. Et q̄a Bar. lati⁹ loquitur eius v̄ba sunt hec: ⁊ adducit rationē: p̄mo quia sicut se habet p̄nceps quo ad deum: ita iudex quo ad principem: sed iudex potest proferre sententiā contra ius p̄ncipis errore non expresso in sentētia et valet. vt l. ij. C. quando prouocare non est neces. ita debet esse rescriptum principis contra j. q̄stio.

ius diuinū: et sic dicit q si princeps vult in parte derogare iuri diuino interpretādo τ derogādo: vt in testamētis dicim⁹: τ nūc potest: deinde ponit aliam subdiuisionē: sed sup̄flue loq̄tur/q̄a iam dicit interpretādo vl' derogādo: ideo ei⁹ sentētia est/q pnceps aut vult derogare nlla subsistēte causa iuri diuino: τ hoc modo nō potest: aut aliqua causa subsistēte: vt puta q talis decapitet: quia forte fecit maleficiū/τ hoc potest fieri: licet de iure diuino dicat/nō occides: et pro ei⁹ sentētia p̄sumit/adeo q ab ei⁹ sentētia nō appellat. ff. quo. appe. no. reci. l. j. §. j. idē probat ad. l. corne. de sicar. l. iij. §. trāsfugas. ff. Itē cōtra legē naturalē potest: q̄a sentētia iudicis tollit libertatem/q̄ est de iure naturali: vt. ff. de penis. l. qd ad statū. τ. l. q̇ vltimo. τ hoc causa subsistēte. Ecce isti sūt due lucerne in iurib⁹: alter videlicet Inno. in iure canonico: insup auctoritate sup̄mus/q̄a papa. Siliter Bar. in iure ciuili: et q̄si sup̄m⁹ auctoritate in tēpalibus: q̄a vt ipse dicit in rubrica quomodo in cri. lese mage. pcedat cōsiliarius fuit impatoris: et ideo supremus/vt dicimus in quarta parte: in quinta q̄stione p̄me principalis q̄stionis. Et ideo dico q hec questio est ardua: quia oīes leges humane dependent ab ea. Itē alio respectu est difficilima: quia oīes doctores deuiarunt a vero: τ non cōprehenderūt hoc pncipiū iuriū. Et in hac q̄stione teneo ꝑpositū cōtra eorū opinionē: q nullo modo pnceps potest derogare iuri naturali vel diuino indistincte. Et quia cōtra totā scolam iuristarū (dico iuris interpretū) procedim⁹: nō tamē contra iura: opus est/q caute ambulem⁹. Et ideo p̄mo fortissimis argumētis τ rationibus opinionē meam probabo. Deinde explanando materiā ad cōtraria respōdebo: τ vt habeas hic aliquā cognitionē eorū que diximus in prima p̄te: in tertia τ quarta q̄stionibus pncipalibus vbi videas: ius naturale est a quo ius diuinū scriptū τ humanū deriuatur. Et istud procedit deriuatiue/vel determinatiue: nam ad dilectionem dei et proximi τ cōseruationē nostrā a iure naturali inclinamur. Et hec sunt pricipia cōmunissima iuris naturalis: et iura diuina oīa moralia deriuantur a iure hoc naturali. c. fi. §. his itaq. dis. vj. τ iura n̄ra nihil nisi de moribus tractāt. Hinc est/q omne id qd est contra ius diuinū morale: est cōtra ius naturale. Et sic in hac questione nulla differentia est fienda inter ius naturale τ diuinū: quia si quid est contra ius diuinum morale: est cōtra ius naturale. Et si cōtra ius naturale: est etiā contra ius diuinū.

Istis sic presuppositis: arguo p̄mo pro mea opinione cōtra doct. fortissime per tex. in d. c. fi. §. his itaq. vbi dicit text⁹. moralia mandata ad ius naturale pertinent: atq ideo nullam mutabilitatē recipiunt. Deinde dicit: q etiā mystica iura diuina s̄m moralē intelligentiā mutabilitatē nescire probātur. Hoc idē affirmat tex. iuris ciuilis. insti. de iur. nat. §. sed naturalia diuina quadā prouidētia constituta: semp firma atq imutabilia permanēt. Item secūdo in actibus humanis intantū aliquid est iustū: inq̄tū est rectū scd̄m regulas iuris τ rōnis: s3 rōnis p̄ma regla est ius naturale. Unde omne ius humanitus positū: intantū habet de ratione iuris: inquantū deriuat a lege nature. Si eni in aliquo discordat/non poterit dici lex iusta: quia vt dicit Augustin⁹. in. j. li. de li. arbi. in tēporali lege nihil potest dici iustū ac rectū: q homines a lege eterna non sibi deriuauerint. Et hec est lex naturalis: vt dictum est in prima parte/tertia questione principali in nona questi. et alijs vbi vide. Igit sequitur ex hoc: q non potest cōtrariari p legē humanā: quia si cōtrariaret nō deriuaretur a lege naturali: τ sic non esset iusta. Et sic patet q princeps non potest derogare iure naturali vel diuīo. Itē tertio adduco tex. in. c. quo iure. viij. dis. vbi tex. in fi. dicit: q dignitate ius naturale p̄ualet cōsuetudini τ cōstitutioni: q̄cunq eni vel moribus recepta sunt/vel scripturis cōprehēsa: si naturali iuri fuerint aduersa: vana et irrita habenda sunt. Item quarto: eius est interpretari/cuius est condere l. j. C. de legi. sed sic est: q deus condidit legem naturalē. l. j. §. ius naturale. ff. de iusti. τ iur. vbi dicit: q deus docet ius naturale cunctis animātibus. Et sic patet: q princeps non potest interpretari legē naturalē vel diuinam. Itē quinto: inferior non potest tollere ius superioris: nec ei in aliquo derogare. cle. ne Romani. de elec. cum si. Sed sic est q princeps est inferior deo: q̄a creatura dei est. Ergo cū lex naturalis sit lex dei: ergo princeps nō potest si-

bi derogare. Itē. vij. si verū esset ꝙ doct.
dicunt: ꝙ cū causa ꝑnceps potest deroga-
re iuri diuino vel naturali: sequeretur ꝙ
nulla esset differentia inter ius diuinū et
humanū respectu potestatis principis q̄a
non potest derogare legi humane nisi cū
causa: quia eius voluntas debet esse ratio
ne regulata: ⁊ sic eodē modo derogaret le
gi diuine/ sicut etiā legi humane: nec post
ea de sua lege posset disputari. vt dicit tex.
in. c. in istis. iiij. dis. ⁊. c. cuncta. ix. q. iij.
Item septio dicit scťs doctor ꝑma scđe. q.
xcvij. ar. ij. ꝙ cum lex naturalis vel diuina
procedat a rōnabili dei volūtate: ⁊ cōsue-
tudo procedat a volūtate hominis: nō va-
let cōsuetudo cōtra legē naturalē vel diui-
nam. Si ergo cōsuetudo non valet predi-
cta ratiōe: ideo cum etiā lex principis pro
cedat a voluntate ipsius principis ratione
regulata: nō potest valere eius lex contra
legem diuinam/ nec ei derogare. Vere est
magnus error dicere: ꝙ humana ratione
derogetur in parte vel in toto iuri natura
li vel diuino: qđ diuina ratione est dispo-
sitū: eo maxime/ quia dictamen rationis
practice non potest ad plenū cōprehende-
re dictamen rationis diuine: nisi fallibili-
ter et incerte: iuxta illud sapientie. ix. quis
enim poterit scire cōsiliū dei? aut quis po
terit cogitare q̄d velit deus? cogitatiōes
enī hoīm timide: ⁊ incerte ꝓuidētie nr̄e.
¶ Nūc veniēdo ad argumentū Bar. di-
co: ꝙ multipliciter potest responderi. Et
primo illud idē argumentū sine ratio re-
torquet contra eū. Posito enī ꝙ antece-
dens siue maior silogismi procederet: pro
vt non procedit: quia silogistice arguit: vt
infra dicemus: tamē minor in se ducit nul
litatē: q̄a licet sententia iudicis cōtra legem
non valet: tamē contra ius litigatoris va-
let. Et sic tex. in d. l. ij. C. quādo prouo. nō
est nec. facit cōtra eū: quia ibi sententia ꝑ
iudicē lata (ꝙ minor. xiiij. annis possit te-
stari: et valeat eius testamentū) est cōtra le
gem ꝑncipis: et sic est nulla. Sed si in sen-
tentia dicit: ꝙ valet testamentū: q̄a maior
xiiij. annis: cōformat cum lege principis:
licet in facto sit error. Ita etiā lex principis
cōtra legem diuinā est nulla: quia ilico ꝙ
disponitur per legē humanam: constat de
errore/ siue exprimitur error: hoc est/ qđ cō
tra legem diuinā/ vel naturalē ꝯstituitur.
Preterea ipsemet Bar. dicit: ꝙ debet ex-
primere causam princeps: siue ꝙ cū causa
potest derogare: ⁊ sic iam cōstat ex hoc in
lege humana: ꝙ vult derogare legi diuie.
Sed sentētia iudicis hoc modo lata cōtra
legē principis nō valet: quia solus ꝑnceps
est ille qui potest inuenire causam: nō so-
lum ad derogandū/ sed etiam ad interpre
tādū: vt dicit tex. in. l. j. ff. de legi. cū simi.
⁊ non inferior: ita etiā in lege diuina/ so-
lus deus inuenit causam ad derogandū
sue legi diuine: ⁊ nō alius. Et sic ar. Bar.
non valet pro sua opinione. Preterea nec
maior procedit: quia non est eadem ratio
principis quo ad deum: sicut iudicis ad
principem: imo tanta est differentia sicut
finiti ad infinitū: ⁊ certi ad incertum. Iu-
dicia enī dei incōprehensibilia sunt ⁊ in-
finita. vt sapientie. ix. c. Itē certissima ⁊ cō
sumatissima: sed iudicia hominis imper-
fecta. C. de vete. iur. enucl. l. ij. §. sed quia
diuine. Unde cum eadē sit natura princi-
pis ⁊ iudicis: et etiā eadem scientia: vt di-
cit Inno. in. c. cū dilecta. de rescrip. imo cū
cōsilio ⁊ deliberatione iudicis siue proce-
rū procedit princeps ad legē ferendā. l. hu
manā. C. de leg. ⁊. l. j. ff. de legi. Sed prin-
ceps non assistit legi diuine/ quādo deus
eā instituit: nec facit cū deliberatione ꝑn-
cipis: vt. d. c. ix. dum dicit: quis enī pote-
rit scire cōsiliū dei. Et aplš ad Roma. c. xj.
O altitudo diuitiarū sapientie ⁊ scientie
dei: q̄ incōprehēsibilia sunt iudicia eius/ ⁊
inuestigabiles vie eius. ⁊ tex. in. l. j. ff. de
iusti. ⁊ iur. §. ius naturale. vbi deus est q̄
docet suam legē. Et sic infinita est differē
tia principis ad deū: ⁊ iudicis ad principē:
⁊ vbi diuersa est ratio/ diuersum est ius. l.
papinnian⁹. ff. de ini. necesse est allegāda
illa ratio: ꝙ a sententia principis nō appel-
latur: quia nō sequitur ex hoc: si faciat ꝑn
ceps legem iniquā/ ꝙ illa sit iusta: ⁊ pro ta
libus dicit: ve qui cōdunt leges iniquas.
Esaie. x. c. ⁊ sunt irrite leges tales. c. quo
iure. in. fi. viij. dis. Item nō ob. l. iij. §. trās-
fugas. ff. ad leg. cor. de sicca. cum similibus: ⁊
in hoc cōsistit vis: quia iure diuino cauet/
non occides. Sed tu responde: ꝙ licet sit
lex diuina non occides: tamen eandem le
gem diuinā idem deus potest interpreta-
ri: non homo/ ideo dicitur etiā eodem iu-
re diuino Math. xxvj. c. omnes enī qui
acceperint gladiū gladio peribunt. ⁊ Ge-
nesis. c. ix. quicūq; effunderit humanum

sanguinẽ fundetur sanguis illius ⁊ apocalipsis. c. xiij. q̃ in gladio occiderit oportet eũ gladio occidi. Et sic nõ in hoc princeps contradicit iuri diuino: sed cõformis est cum iure diuino.

¶ Sed vt profundius valeas comprehendere ⁊ respondere ad contraria. Dic ꝙ illud preceptũ: nõ occides. ⁊ illud/qui gladio percusserit/gladio peribit: non solum sunt de iure diuino scripto: sed deriuãtur a iure naturali. Primũ probatur: quia licet nõ esset lex scripta/sed ius naturale tãtum in p̃mo statu hominũ: tamen illico qd̃ Cayn occidit Abel: dixit dñs ad Cayn: vox sanguinis fratris tui clamat ad me de terra. Nunc igitur maledictus eris super terrã. Geneŝ. c. iiij. ergo seq̃tur: ꝙ tũc prohibitum erat occidere hominẽ: igitur hoc procedebat a iure naturali: q̃a tunc nulla alia lex erat. Et si non fuerat prohibitum non peccasset Cayn: sed peccauit occidendo Abel: ideo erat prohibitũ occidere iure naturali. Deinde etiã ꝙ occidens occideretur/est iure naturali Genesis. c. iiij. dixit Lamech: quoniã occidit virũ in vulnus meũ et adolescentulũ in liuorem meũ: septuplũ vltio dabitur de Cayn: de Lamech vero septuagies septies. Sed vt rationem predictorũ cognoscas/a iure naturali habemus hoc: videlicet inclinationẽ naturalem ad cõseruationẽ nostrã et dilectionem similis nostri eccles. c. xiij. omne animal diligit sibi simile: ⁊ homo sibi sile. Et ideo dicitur in. c. charitas. el. ij. de peni. dis. ij. ꝙ debemus diligere proximũ: ex eo solũ q̃a est nature nostre particeps. Et sic ad hãc cõseruationẽ humane nature requiritur felicitas humana/⁊ vite hui⁹ tranq̃llitas: ad quẽ finem iura humana deriuãtur a iure naturali: vt dictum est in prima parte/in quarta ⁊ sexta q̃stione: quarte principalis q̃stiõis. Sed sic est/ꝙ si vitia remanerẽt impunita: natura humana deficeret: vt in proemio decretaliũ: nec lex naturalis haberet effectum. Quia non esset dilectio/nec societas/aut tranquillitas in humanis. Hinc interest reipublice ne crimina remaneãt impunita. l. item vulnerat⁹. ad l. aquil. ff. vnde a natura prouenit hoc/vt pro cõseruatione totius corporis laborat expellere membrũ putridum: ⁊ ad hoc inclinamur a natura: ne corrumpat totũ. Ita etiã in societate humana qd̃ est vnum corpus: cuius caput est imperator in temporalibus: hoc est in his que pertinent ad cõseruationẽ tranq̃llitatis ⁊ felicitatis humane: vt diximus in parte secunda: in tertia principali questione: a natura ipsa venit hec inclinatio: videlicet/ꝙ ne quis occidat aliquẽ. Et etiã istud: videlicet/vt abscindatur membrũ putridũ perturbans hãc felicitatem cohibeatur a malo. Sed quia hec prohibitio non sufficit: ideo lex humana procedit ad penã: ⁊ licet hec pena simpliciter non deriuatur a lege naturali: est tñ determinatio legis naturalis: et sic nõ est cõtra legẽ naturalẽ/siue diuinã/sed determinat eam. Et licet quo ad corticem videatur aliena a lege naturali: non tamen est cõtraria: sed sc̃dm moralẽ intelligentiã coheret iuri naturali: vt vides quia ad cõseruationẽ totius fit: vt late poteris videre supra in prima parte: in septima q̃stione quarte p̃ncipalis questionis. Sed q̃a cum homo sit pars societatis humane: vt dicit philosoph⁹. j. poli^co^. Et si ille est malus: exemplo illius alij efficerent̃ mali: et sic tota machina societatis humane corrũperetur/si impunitus remaneret: q̃a malorum cõsortia bonos corrũpunt. c. sepe. xxviij. q. j. Et ideo hoc euenit a iure naturali et etiam diuino: videlicet/vt totũ conseruetur: turpi⁹ pars abscidatur. Et illa dicitur pars turpis: que suo nõ cõgruit vniuerso. c. que cõtra mores. viij. dis. ⁊ ad cõseruationẽ totius in felicitate: imperator in toto: et alij p̃ncipes quilibet in sua prouincia habent auctoritatẽ: ⁊ sic in d. l. iij. §. trãsfugas. ad. l. corne. de sicca. cũ sibi nõ disponit cõtra ius naturale vl' diuinũ. imo est cõformis cum illis iuribus: ⁊ non obstat illa lex. Sed isto modo intelligendo: probat nostrã opinionẽ: alias enim nõ posset procedere per iura et rationes per me supra allegatas: habes istã questionẽ bene declaratam: quã doct. non comprehenderũt: cum hoc sit verum: ꝙ cõtra ius naturale vl' diuinũ nullo modo in pte vel in toto potest disponere princeps: nec ab eo in aliquo deuiare. d. c. q̃ iure. in fi. viij. dis. ⁊ c. fi. ix. dis. Sed per illud ius diuinũ siue humanũ debet suã intentionẽ ⁊ legẽ regulare. Itẽ in alto nõ sensit bene Bar. vbi supra: quia voluit facere differentiam inter ius naturale ⁊ diuinũ contra tex. in d. c. fi. ix. dis. ⁊ in eo quod dicũt de plurib⁹

testibus q̄ requirunt in testamētis. l. si vnꝰ. ⁊. l. hac cōsultissima: ⁊. l. fi. de testa. C. cuȝ de iure diuino sufficiāt duo/vel tres: quia in ore duorū/vel triū stat oīe verbū. c. cuȝ esses. de testa. Sed ad hoc responde: quia si dispositū super hoc est cōtra ius diuinū nō valeret. d. c. cū esses: et ibi late do. Abb. Sed tu poteris dicere/⁊ erit noua cōsideratio: ꝙ illud qd̓ dicitur de. vij. testibus ꝑ ius ciuile non est cōtra legē diuinā: sed est determinatio quedā iuris naturalis siue diuini: ad euitandas fraudes hominuȝ: quas ius naturale abhorret (iuxta. l. veluti. ff. de iusti. ⁊ iu.) posuit lex humana illā solēnitatē determinatiue: vt adessent ipsi testes septem in testamenti confectione: illa tamē solēnitas posset probari ꝑ duos testes: si legittimus fatetur testamentū ȝ: sed negat solennitatē. vt per salic. in. l. cōspirationes. C. de fide instru. Sed super hoc non insisto/sufficit hoc: ꝙ si esset cōtra legem diuinam: non valeret. d. c. cum esses vide ibi Abba. ⁊ docto. Ad. l. qd̓ ad statū. ⁊. l. qui vltimo. ff. de peni. dic. ꝙ non sunt ꝯtra ius naturale: et sic ob carentiā principiorū poterant errare. sed vt. l. manumissiones. ff. de iusti. ⁊ iur. cū si. intelligatur ne sit cōtraria: facio sequentē questionem.

ij. q̄stio. ¶ Scd̓o quero. an libertas sit de iure naturali: ⁊ videtur ꝙ sic. d. l. manumissiōes. ⁊. l. si id qd̓. ff. de condi. indeb. Sed tu dic: ꝙ libertas simpliciter ⁊ proprie non est de iure naturali: quia si esset de iure naturali: homines non poterant inducere seruitutē. d. c. quo. iure. in fi. ⁊. §. sed naturalia. insti. de iur. nat. vt per te poterꝭ videre: q2 non est de inclinatiōibus que ex instinctu nature veniunt: de quibus vide in quarta ⁊ sexta questio. tertie principalis q̄stio. in prima parte. Sed pro declaratione dico cum scto tho. ṗma scd̓e. q̄stio. xciij. ar. v. ꝙ aliquid dicitur esse de iure naturali dupliciter. Uno modo/q̇a ad hoc natura inclinat videlicet dilectio similꝭ sui. eccle. c. xiij. ⁊ ne q̇s alteri malefaciat. Alio modo accipitur de iure naturali: q̇a natura non inducit contrariū: sicut dicimus hominē esse nudum est de iure naturali: quia natura non dedit ei vestimentū: sed ars adinuenit: et hoc modo est etiam cōmunis omniū possessio. c. ius naturale. j. dis. Et omniū vna libertas/de iure naturali dicitur esse: q̇a scilicet distinctio possessionuȝ et seruitꝰ non sunt inducte a natura: sed propter hominū rationē ad vtilitatē hūane vite. Sed propter hoc lex nature in hoc non est mutata: sed per additionē. et sic d. l. manumissiones. iuncta d. l. qui vltimo. ff. de penis. non cōtrariātur opinioni nostre. nam etiā tex. in. d. l. manumissioneꝭ. hoc sentit: dum dicit: ꝙ naturali iure oēs hoīes liberi nascebant̄: ⁊ sic non erat nota manumissio: ponit rationē/quia seruitus erat incognita: nō dicit ꝙ seruitus sit cōtraria iure naturali: vt dicunt Bar. et doc. ⁊ non bene. Et ita etiam debes intelligere. tex. in. d. l. si id qd̓. dū dicit: ꝙ libertas naturali iure cōtinetur: hoc est/q̇a illo iure naturali non erat seruitꝰ cognita. Nam libertas etiaȝ continet̄ iure gentiū: ita dicit tex. in d. l. manumissiones. in fi. dum dicit. ꝙ iure gentiuȝ tria genera esse ceperunt. Et ita etiā vides: ꝙ quis sit nudus est de iure naturali. Hoc ideo/q̇a vestimentū est incognitū iure naturali: sed ars inuenit. Quia vt dicitur genesꝭ. c. iij. postꝙ̄ adā et eua peccauerūt/cognouerūt se esse nudos: ideo consuerūt folia ficus: ⁊ fecerūt sibi perizomata. Sed ius naturale ab exordio creationis est. d. c. fi. vj. dis. Sed postea deus fecit ade ⁊ eius vxori tunicas peliceas d. c. iij. Tamen facere vestimentū nudo: non est contra ius naturale: vel non esse nudum. Ita etiam ꝙ aliq̇s non sit liber sed seruus: non est contra ius naturale similiter etiā ꝙ possessiones sint distincte non est cōtra ius naturale. Et sic debeꝭ intelligere tex. in. d. c. ius naturale. videlicet ꝙ ea q̄ ibi dicūtur iure naturali apud omnes per eque custodiebantur. Et hoc sine cōstitutione instinctu nature homines seruabant. Deinde ponit etiā exēpla: quando cōstitutiōibus homines viuebant in. c. ius gentiū. eadem. dis. Et illud vocat iuꝭ gētiū: ⁊ ad hoc vt clare intelligas in d. c. ius naturale ponit exēplum: vt viri et femine coniunctio. Sed hoc non est ius naturale: probatur. nam tex. in. c. fi. vj. dist. dicit: ꝙ ius naturale ab exordio rationalis creature est: ergo ilico ꝙ adam fuit erat ius naturale: in eo tamē eua nō erat: sed postea fuit creata in paradiso terrestri Genesis. c. ij. Et sic licet illa inclinatio naturalis ad coniunctionē fuisset a iure naturali: tamen ꝯiunctio ipa nō est iure naturali. Hinc venit ꝙ volentes casti-

tatē non faciunt cōtra naturale ius: alias enī si esset contra/ non valeret: tamē licet q̄s voueri castitatē: nō propterea tollit illā inclinationē quā a iure naturali hoc est a lege eterna habet. Item nec possessio est a iure naturali: q̄a illa non erat ab exordio: nam illico quo adam fuit creatus/ fuit trāslatus ad paradisuz terrestre. Sed ideo dicit q̄ cōmunis omniū possessio est de iure naturali: quia a principio homines cōmuniter oīa sibi inuicē cōmunicabāt. Similiter etiā dicas de pecunie deposite restitutione: cum tunc a principio non esset pecunia. Similiter de expulsione violētie: hoc enīz non est ius naturale: quia ius naturale in oībus hoībus est ad inuicem dilectio. Sed si scōm ius naturale hoīes viuerent: nō esset expulsione violētie opus: q̄a nullus faceret violentiā. Sed q̄a postea cōtra ius naturale aliqui eligētes malum contra naturā insidiatur vel faciunt alteri iniuriā/ venit inclinatio naturalis/ puta cōseruatio sui: et expellit illud qd̄ est cōtra iusˢ naturale. Et ita oportet te intelligere hec p̄ncipia: q̄liter libertas possessio et nuditas et similia non sunt inclinatiōes naturales a lege eterna impresse in hoībus: q̄ sunt participatio legis eterne: sed dicūtur de iure naturali/ per additionē/ vel q̄a non est cognitū contrariū de iure naturali: sed vt alia p̄ncipia iuris elucescāt: pono questionem sequentem.

